

concessa videatur absolute, quando descendenter non habeat legitimū: adeo ut etiam liceat bastardum excludere, & alium nominare; non tamen inducunt conditionem, ut necessario habeat filium naturalem, quia hæc interpretatio continet absurdum, cum institutio vocet & masculos, & fæminas ad successionem: quo casu non est verosimile, quod Princeps intellexerit, quod fæmina haberet naturalem filium, ut nominare posset, cum & à sensu Regis sit indignum, & à conditione personæ, Auth. si qua illustris C. ad Orphician. Quare videtur verus sensus, ut deficientibus tam descendantibus, quam ascendantibus, possit ultimus possessor nominare, etsi masculus sit, & habeat naturalem filium, sicut alias interpretatur Auth. de suis, & legitim. hæred. §. si igitur, ubi interpretatur, quod repræsentatio nepotidatur, quando cum proprijs Thiois concurrit, ut non solum concessa sit cum alijs, sed etiam quando cum proprijs Thiois, qui erat casus magis dubius. Maxime quia hic intellectus est menti concedentis consonus, & æquiparatur successoris masculi, & fæminæ conditio, ut ille etiamsi naturalem habeat, nominet; illa vero indistincte nominet, quia naturalē habere non potest, nec tale opinandum est, nec est novum trahi dispositionem ad casum, in quo datur eadem ratio, arg. I. non debet ff. de reg. jur. Alciat. lib. 2. de verbis. signific.

SUMMARIA.



D surreptionem probādam quid requiratur.

Explicatur Ord. lib.
2. tit. 43. ibi.

Surreptio an sufficiat, ut talis sit, quod moveat concedenter, vel ad concedendum, vel ad negandū. ibi.

Valasci opinio, quod in hoc Regno

num. 41. Camillus eod. tract. lib. 6. cap. 6
num. 18. maxime in donatione Princis, quæ latam recipit interpretationem, Decius conf. 468. num. 14. & conf. 498. n. 11. Tiraq. in l. si unquam, verbo donatione n. 48. Menoch. conf. 112. n. 28. lib. 2. Surd. conf. 140. n. 77. lib. 1. Manticæ de tacitis lib. 13. tit. 12. n. 10.

Verum his omnibus perpensis à Iurisconsultissimis viris Ludovico Machado de Gouvea, viro quidem integerimo, ac maturi judicij, & solidæ eruditio, & Melchiore Dias Preto longo rerum usu exercitatissimo, D. Ferdinand Ayres d'Almeida probo viro, D. Gaspare Pereira Mensæ Conscientiæ Consiliario, qui in Pontificio Iure Innocentium, in Cæsareo Papinianum refert, & D. Francisco de Brito & Meneses Iurisconsultissimo, & integerimo sententiam protulerunt in favorem Comitis de Mōsanto, quia senior in pari gradu erat, exclusa linearum consideratione, & belli in acie occubitu, validissimis fundamētis robōrato. Cui sententiæ cum postea oblata fuissent impedimenta, & obijsset D. Ferdinandus Aries, & in ejus locum illud onus judicandi subijssem, sententiam protulimus, quod imped. mentis non erat locus, quia cum impedimenta merita causæ involverent, & materiam jam decisam, non erant admissibilia ex Ord. lib. 3. tit. 87. §. 1. quæ talia impedimenta repellit.

talis debet esse causa, quæ in totum amoveat. ibi.

2 Falsitas rescripti duobus modis cōsideratur.

Mendax prelator vel per malitiā, vel ignorantiam falsum exprimit. ibi.

Quando per malitiam, etiāsi Princeps foret concessurus, caret impe- tratis.

- tratis. ibi.
 Interpretatio semper fit contra fraudulentum. ibi.
 In rescriptis justitiae falsitas, quæ respicit peremptoriam, exceptionē non vitiat. ibi.
 Secus si respicit dilatoriam. ibi.
 Malitia præsumenda non est, sed debet aperte probari. ibi.
 3 Si committatur surreptio per ignorantiam, valet impetratio.
 Ignorantia tamen debet esse justa, et probabilis. ibi.
 Si falsitas etiam per ignorantiam expressa sit, quæ sit causa concedendi, vitiabit. ibi.
 Ignorantia non excusat, nisi in his, quæ habent rationem pœnae, non vero defectus. ibi.
 4 Quod etiam procedit, quando superior difficilior fit.
 5 De jure communi nulla pœna im-
- posita reperitur fraudulentō im- petratori, nisi quod careat impe- tratis.
 De jure Regio quando falsitas ex- primitur, quæ fuit causa conceden- di, punitur impetrans. ibi.
 Falsum dicens Principi delictum committit. ibi.
 Relinquitur judicis arbitrio. ibi.
 Adhoc ut dicatur movisse, non suf- ficit potentia, sed debent extare conjecturæ, quod movit. ibi.
 6 Intellectus Ordin. d. tit. 43. ibi:
 Não era verosimil.
 Alter intellectus illius Ordinatio- nis. ibi.
 Ordinatio Regia solū punit illam surreptionem, qua per mendacium Princeps inducitur, alias surreptio- nes relinquit in dispositione juris communis. ibi.
 Refertur Arrestum Senatus. ibi.

DECISIO LX.

An surreptio opposita, quæ concludat concedentem non fore concessurum vero similiter, si expressi non exprimerentur, vitiet in hoc Regno rescriptum?

Ad Ordin. lib. 2. tit. 43.

REPLICAT P. in suo testa- mento quandam pro- prietatem Gaspari Ro- driguez sub ea declara- tione, quod si apud Indos decederet, tunc ei substi- tuebat Ioannem: cumque hunc primo vocatum apud Indos obiisse diceretur, quidam ejus consanguineus à Senatori- bus Sacri Palati impetravit bonorum administrationem juxta Ordin. lib. 1. tit. 62. §. 38. & tit. 87. §. 1. Ioannes substitu- tus, qui in possessione bonorum erat, im- pedimenta surreptionis opposuit.

I Dubium erat: An ad probandam surreptionem rescripti sufficeret de Iure Regio talia probare, quæ si expressa es- sent, verosimiliter Princeps rescriptum non concederet? Facit rationem dubi- tandi Regia Ordin. lib. 2. tit. 43. in prin- cip. dum statuit, quod talis debet esse surreptio, ut vitiet rescriptum, quod Princeps nullo modo concederet, patet ibi: A qual veraade se se não calará, ou nos fora exprimida a falsidade, nam era verosimil avermos de conceder a tal provi- sao: quibus verbis statuit non sufficere, ut talis sit surreptio, quæ moveat, sed quod

quod talis esse debeat, quod in totum amoveat, vel in totum moveat: quem sensum sic præstigit Valasc. cons. 158. num. 13. in fine contra ea, quæ ipse alijs dixerit locis, ut in cons. 60. numer. 5. & 130. n. 8. Gama decis. 278. n. 19. Cabed. decis. 168. n. 6. & Areft. 24. 2. part.

2 Quare pro intelligentia noto, quod circa causas, quæ in rescriptorum impetratio exprimuntur, duobus modis potest falsitas considerari: vel quando mendax precator dolosè, & per malitiam falsum exprimit, vel verum tacet, ut à Principe obtineat rescriptum, privilegium, vel quid simile: vel quando per ignorantiam falsum expressit, vel per simplicitatem. Primo casu caret impetratis, etiamsi Princeps alijs foret concessurus, quia semper sit interpretatio contra fraudulentum impetrantem, ut ubi primum de fraude constat, statim censura juris censeatur abesse intentio concedentis, etiamsi alijs esset concessurus, Imol. in cap. super literis de rescript. n. 5. Sycul. 25. e. sedes de rescript. cap. 2. de concess. præbend. lib. 6. Bart. & Iaf. in l. præscriptione C. si contra jur. n. 2. & 22. Rebuff. ad leges Gall. 2. tom. tit. de rescript. in præfat. n. 168. licet in rescriptis justitiæ falsitas, quæ respicit peremptoriam exceptionem parti competentem, non vitiet, ut per Fulgos. in d. l. præscriptione n. 8. Paul. 3. communem dicit Odofred. ibi, & Bald. n. 4. Secus si respiciat dilatoriam exceptionem, cap. inter monasterium de rejudic. cum similibus: quæ tamen malitia præsumenda non est, sed debet aperte probari per eum, qui illam allegat, l. quoties, vers. qui dolo ff. de probation. Tiraq. de retract. tit. 1. §. 26, gloss. 1. num. 35. quia in dubio præsumitur ignorantia reg. ignorantia lib. 6. reg. estote de reg. jur. gloss. verbo priori, recepta ex Abbe in d. cap. super literis n. 7. Felin. 5. Beroius 1. lectur. num. 37. Paris. cons. 4. num. 30. lib. 4. Peres ad Rubr. tit. 12. lib. 3. Ordinam. quæst. 34. Quod tam procedit in rescriptis justitiæ, quam gratiæ, Rota 4. de rescript. in fin.

3 Si vero pér ignorantiam surreptio commissa fuerit, valet impetratio, quando surreptio non fuit causa concessionis, & concedens alijs foret concessurus, Beroius in d. cap. super literis 1. lectur. n. 38. communis in cap. si in otu proprio de præbend. in 6. Covarr. l. resol. cap. 20. n. 1. d. Rota 4. alias 584. in antiquis n. 7. quæ simplicitas, & ignorantia illa esse debet, quæ probabilis, & iusta est, quæ alijs attento jure excusat, non vero injusta, culpabilis, & affectata, quæ æquipollit scientiæ, de qua in cap. cum inhibitio de clandest. despont. §. 1. & in cap. eos de tempor. ordinand. lib. 6. nec crassa, & supina, l. nec supina ff. de juris, & fact. Selva de Benefic. 3. part. quæst. 2. num. 29. Menoch. cas. 201. n. 83. Unde sit, quod si talis falsitas expressa sit, vel veritas suppressa per ignorantiam, quod ea cessante Princeps non concederet, ita ut expressio fuerit causa concedendi rescriptum, vel gratia non valebit, DD. in cap. gratia de rescript. lib. 6. Soares allegat. 12. n. 31. & allegat. ult. in fin. Rebuff. in praxi tit. differentia inter rescripta num. 8. & 9. Peres in d. Rubr. quæst. 9. Roland. cons. 72. lib. 3. a. n. 72. Corras. de sacerdotio 4. part. cap. 5. n. 37. quia ignorantia non excusat, nisi in his, quæ habent rationem pænæ, non vero in his, quæ habent rationem defectus.

4 Quod quidem non solum obtinet, quando superior non esset omnino concessurus, verum & quando difficilior redderetur ad concedendum cap. postulasti de rescript. ibi: *Delevi non scribimus*: DD. in cap. cæterum de rescript. nec aliud probat d. cap. super literis, ibi: *Nullas profus literas dedissemus*, quia debet exponita facile, vel sine difficultate.

5 Tandem quod licet de jure communii nulla pæna imposta sic fraudulentio impetratori, nisi quod careat impetratis, tamen de jure Regio addita fuit pæna, quod quando falsitas expressa fuerit, quæ concedentem moverit ad concedendum, tunc mendax precator ultra amissionem rescripti

scripti incurrat pñnam à dicta lege Regia impositam ob mendacium Principi dictum, in quo delictum incurritur contra Ordinationem lib. 5. tit. 10. Cavalcan. in practic. de testibus part. 4. num. 96. l. 5. tit. 13. part. 2. janctis his, quæ Mascard. conclus. 531. num. 19. Surdus decis. 165. numer. 14. Zevall. quæst. 801. num. 4.

Ex quibus verus illius Ordin. lib. 2. tit. 43. sensus est, quod ibi non inducit, quod ut surreptio vitiet, talis esse debet, quod concedentem omnino moveret ad concedendum, ut Valascus exiitimatavit; quia verus est, etiam de jure Regio vitiare, quando suppressum est illud, quod difficiliorem redderet, vel expressum, quod faciliorem: quod quidem viri boni arbitrio supponendum est circa ea, quæ verosimiliter movissent superiorē. Unde non sufficiet rem esse dubiam, & quod veritas suppressa, vel falsitas expressa movere potuisse; quia similiter per contrarium potuisset non movere, & ita non sufficit potentia, sed oportet adesse pro ea parte circumstantias, & conjecturas tales, quæ illam magis probabilem reddant, ita ut actu verosimiliter movissent, licet Doctores passim ad solam movendi potentiam attendant.

6 Nec aliud probat dicta Ordinatio, ibi: *Não era verosimel:* quæ verba consonant cum verbis d. cap. super literis, ibi: *Nullas prorsus literas dedissemus.* Unde sicut in illo textu illa verba accipi debent, ut non dedisset literas ita facile, sic pariter nostra Ordinatio debet interpretari, ibi: *Era verosimel,* que

não concederamos tão facilmente, ut sic iuri communi consonet: alium intellectum huic Ordinationi præstitimus in nostra Harmonia juris Regij, quod hæc Ordinatio non inducit, ut surreptio nulla vitiet, nisi quæ talis sit, quæ moveat ad concedendum, vel denegandum, sed illam tantum surreptionem dignam animadversione, seu pñna judicavit, qua mendax prelator obtinuit illud, quod Princeps aliás non concederet, & huic pñnam imponit, & in hoc deviat à jure communi, secundum quod carebat impetratis tantum mendax prelator in suæ perversitatis pñnam; reliquas vero surreptiones, quæ moverent, vel non, dispositioni juris communis decidendas reliquit.

Huncque fuisse hujus Ordinationis sensum testatur antiqua sententia, quæ in libro Senatus continetur lib. 2. fol. 141. vers. Cujus verba sunt: *Sem de tal feito; & prova, que contra o R. avia fazer mençao na petição, que ao dito Senhor fez, & como se lho declarara, não lhe concedera o dito Senhor os taes officios, assim facilmente, como lhos concedeo. O que tudo visto com o mais, que pelos autos se mostra, denegaõ ao A. a aução, & declararam a carta de merce, que dos ditos officios lhe foi feita por nenhua, & condenaõ ao A. nas custas do processo sómente.* Ex quibus fundamentis patet hunc sensum, quem legi Regiae præstamus, sic etiam antiquitati placuisse.

Sicque rescriptum judicavimus surreptitium revocata sententia Provisoris, quia ea tacuit, quæ Principem movere possint. Scriba Freitas.

S U M M A R I A.

1.  *Udex an possit debitori ad solvēdum tempus à lege datū limitare.*

Tempus à lege datum ex justa causa limitari, & prorogari potest. ibi.

- 2 *Opinio Tiraq. & aliorū, quod tempus à lege datum sit immutabile. Aliorum distinctio inter tempus datum ministerio legis, vel hominis.* ibi.
- 3 *Christophori Ioannis Praeceptoris mei opinio.*

Temp.

Tempus instantiae, & appellatio-
nis prosequendae quomodo in hoc
differant. ibi.

Tempus datum in favorem publi-
cum, vel partium an favorabilius
sit. ibi.

4 Olim certa erat partibus statuta
temporis dilatio.

Lege 12. tabularum triginta dies,
postea extensum ad duos menses,
& per Iustinianū ad quatuor men-
ses extenditur. ibi.

Explicata Ordin.lib.4.tit.86.

5 De jure communi condemnatus
actione realistatim compellebatur,
ut solveret.

Secus, si esset condemnatus perso-
nali. ibi.

6 In legalidilatione non fit restrictio
a delegato sed ab Ordinario.

Quando in sententia tempus expres-
sum est executor non immutat. ibi.

Dilatio assignata est pars senten-
tiæ. ibi.

Quæ sit differentia inter proroga-
re, & arcta.

Facta restrictio sine causa ipso ju-
re non valebit; secus in prorogatio-
ne. ibi.

Prorogatio facta condemnato est
præter legem, & ideo valet; secus
coarctatio.

Quæ præter legem fiunt, indigent
appellatione, quia lex concedit
dilationem infavorem condemna-
ti. ibi.

8 Prorogatio non a judicis arbitrio
dependet, sed debet fieri ex justa
causa.

Super rationabilitate cause ap-

pellari potest. ibi.

9 Ut valeat, vel corruat ampliatio,
vel restrictio, debet attendi, in cu-
jus favorem lex loquatur.

Termini præfixio quando fiat in
bonum publicum, tunc prorogari nō
potest. ibi.

Intellige, nisi fiat cum legitima cau-
sa. ibi.

Spatium circa novi operis nuntia-
tionem ex justa causa protendi po-
test. ibi.

Explicatur Ordin.lib.3.tit.70. ibi.
Tempus descendij non prorogatur,
nisi ex causa legitima.

Tempus descendij, licet a partibus
prorogari nequeat, quia in earum
odium, tamen a judice prorogatur.
ibi.

Tempus fatalium pacto prorogatur.
ibi.

Exploditur sententia Abbatis in
cap. ex ratione.

Explicatur l.fin. §. fin. C. de tem-
por.appell.

10 Index extra fatalia potest appel-
lationem recipere ex causa legitima.

Recepta appellatione extra fatalia
ex causa non legitima, oportet,
ut pars supplicet in processu. ibi.

II Explicatur l. ad peremptoriam ff.
de judic.

Explicata Ordin.lib. 5. tit. 126.
ibi.

Tempus absenti citato per edicta-
lia non arctaatur a judice. ibi.

Quando dilatio a judice restrin-
gitur, valet mero jure restrictio.
ibi.

*De jure Regio abbreviata dilatio-
ne à lege data, statim supplicare li-*

cet à lege Regia non servata.

Explicata Ordin.lib.4.tit.13.§.7.

DECISIO LXI.

*An dies concessi à lege illi, in cuius bonis fit executio, possint à judice restringi?
Ad intellectum Ord.lib.4.tit.13.§.7. & lib.5.tit.126. & lib.4.tit.86.*



Um Antonius Ferreira Eborensis esset condemnatus Emmanueli Fernandez, fieretque in ejus bonis executio, perfecta jam addictio-
ne judex illi assignavit unum diem, ut debiti quantitatem deponeret, quem cum pecunia numerata post tertium diem venientem non admisit, pignus-
que victori tradidit: Supplicatum est ad Senatum, ubi sententia judicis re-
vocata fuit, in cuius revocationem illud dubium sese offerebat, an potuerit judex parti ad solvendum unam tantum diem limitare, cum tamen lex Regia condemnato concedat, ut intra octo dies pignora sua redimere liceat, lib. 4.
tit. 13. §. 7. alias res addicatur creditori,
& talis addictio retractari nequeat præ-
textu læsionis intra dimidiā justi pre-
tij, Gama decis. 66. 95. & 233. Valasc. de
partition. cap. 39. num. 36.

1. Et videbatur illud tempus à le-
ge datum posse per judicem restringi,
& limitari: probat l. 2. ff. de re judic. ibi:
*Qui pro tribunali cognoscit, non semper
tempus judicati servat, sed nonnunquam
prorogat, nonnunquam coarctat pro causæ
qualitate: l. debitoribus 31. ff. eod. l. 1. ff.
de ferijs, l. ult. C. de tempor. appell. cap.
oblatae 7. de appell. text. in Clem. quan-
diu eod. tit. pugnat tamen l. si quis ita
ff. de hæred. instituend. l. properandum
in fine principij C. de judic. d. cap.
oblatae in vers. licet, & cap. vult de ferijs
ad fin. componit gloss. in cap. cum sit
Romana de appellat. dum resolvit tem-
pus à lege datum ex justa, & rationa-
bili causa à judice restringi, & proroga-
ti posse, exceptis casibus jure expres-*

*sis: probat Abb. ibi num. 10. Decius 13
& in d. cap. oblatæ numer. 15. gloss. in
Auth. de exhibendis reis §. sancimus
col. 9. Bart. in d. l. 2. de re judic. num. 4.
ubi Alex. n. 9. quem refert Ripa num. 14.*

2. Aliter Tiraq. de retract. lib. 1.
gloss. 10. num. 63. Peres ad leges Castel-
læ lib. 3. tit. 3. l. 1. ibi: *Nove dias: vers.
quid erit, Ripa d. num. 14. Imol. Cumani,
& Ias. in d. l. 2. num. 22. simpliciter sta-
tuunt tempus à lege præfixum esse im-
mutabile, nisi quando alteri judici con-
cessum reperiatur: medium alij sequun-
tur viam distinguentes inter tempus à
lege datum absque ullo hominiš mini-
sterio, vel datum mediante ministerio
judicis, ut priori casu terminus immu-
tari nequeat: receptum dicit Zazius in
d. l. 2. num. 2. Bald. in Auth. jubemus n.
9. C. de judic. Paul. in d. l. 2. n. 4. & Ias. 24.
Ripa 14. quem tamen intellectum con-
futant Bart. in d. l. 2. num. 4. Abb. Alex.
Decius ubi supra contra Dynum in cap.
indultum lib. 6.*

3. Cum Præceptor meus doctissimus,
& semper memorandus Christophorus
Ioannes quæstionem moveret in expli-
catione cap. ex tenore de foro comp.
supradicta jura componebat distinctione
facta inter tempus datum à lege in pu-
blicum favorem, prout est tempus instâ-
tiæ, de quo in d. l. properandum, descendij
ad appellandū, & tempus appellationis
prosequendæ, de quo in Auth. ei qui ap-
pellat C. de tempor. appell. & in d. cap.
oblatae: vel in privatam utilitatem, prout
est tempus datum ad exequendam sen-
tentiam, d. l. 2. ff. de re judic. tempus ad
dilations, & simile, l. 1. ff. de ferijs, l.
ult. §. ul. C. de tempor. appell. cap. ult.
de ferijs. Verum & hic ultimus intel-
ligendi

ligendi modus eodem, quo superiores, laborat vitio; nam quantumcumque in partis favorem tempus à lege datum sit, & non publicum, incivile est arbitrari, quod judex possit parti adimere, vel minuere tempus à lege sibi assignatum, cum judex sit legis executor, ubi illa exprimit, non vero moderator.

4 Unde in proposito illud noto, quod olim certa erat temporis statuta dilatio per legem condemnatis, & confessis, ut solverent jure duodecim tabularum, triginta scilicet dierum, ex Gellio lib. 20. Noctium Atticar. cap. 1. col. pen. quem citat Cujatius lib. 3. observat. cap. 39. quod legale tempus ad duos menses postea extensum fuit, ut in l. fin. §. fin. C. de usur. rei judic. meminit l. unica tit. 18. lib. 4. Codic. Theodos. quod postea Iustinianus ad quadrimestre protulit, quod & condemnatis etiam ejus fidejussoribus concessit l. 2. & d.l. fin. C. de usur. rei judic. licet Alciat. lib. 1. Parergon. id non probari in d.l. 2. contendat.

5 Unde appareat, quomodo lex Regia lib. 4. tit. 86. in fine principij, discedat à jure communi, dum nulla dilatione concessa jubet, ut condemnatus statim solvat, alias pignora capiantur; nam licet attento jure condemnatus actione reali statim cogeretur rem tradere, quia non erat ferendum, quod quis retineret rem alienam invito domino, cap. sæpe de restit. spol. nisi proposita justa causa; quia tunc ei concedebatur modica dilatio judicis arbitrio §. et si rem Instit. de offic. judic. Boer. decif. 45. num. 3. Menoch. de arbitr. lib. 2. cat. 48. l. 5. tit. 27. part. 3. Tamen quando quis condemnatus erat personali, sive ad quantitatem, sive ad rem, una tantum, non duplex currebat usura certissima contra eum durante legali dilatione, d.l. 2. C. de usur. rei judic. Duaren. in d.l. 2. Cujatius lib. 3. observat. cap. 39. & illa quadrimestris dilatio concedebatur cōdemnato, de qua in d. l. 2. & fin. C. de usur. rei judic.

6 Unde circa legalis dilationis à

lege concessæ prorogationem, vel restrictionem illud menti tenendum est, quod quando agimus de judice, qui restrinxit, vel ampliat, non de delegato intelligimus, sed de ordinario, patet ex d. l. 2. ubi de eo, qui tribunalii præst, quia delegatus non exequitur sententiam cap. ex insinuatione de appell. Bart. in d.l. 2. num. 1. Ripa 5. Deinde quod quando in sententia tempus expressum sit, nullatenus executor possit illud arctare, vel prorogare, quia est pars ipsius sententiæ, quæ exequitur, quia sententiam mutare non potest, nec ipse, qui eam tulit, l. judex posteaquam ff. de re judic. nec aliud probat d. l. debitoribus 31. illo tit. quia procedit in dilatione assignata post latam sententiam, Ripa in d.l. 2. n. 2.

7 Inter autem hæc duo prorogare, vel arctare dilationem an eadem sit ratio? Dubitare solet ex decisione l. 4. §. si quis condemnatus ff. de re judic. ubi negatur restrictio, cum prorogatio concedatur, gloss. explicat, quod æquiparatur coarctatio, & prorogatio, si fiat cum causa, si autem sine ea, differunt, quia valet prorogatio, coarctatio vero minime, probat Alex. conf. 77. n. 2. lib. 2. Unde facta coarctatione sine causa talis restrictio ipso jure non valebit, & ea non obstante condemnatus fruetur tempore legis; in prorogatione vero sine causa facta aliter erit dicendum, quia valebit mero jure, & ad illius rescissionem oportebit appellare: probat Bart. in l. 3. n. 7. ff. delegat. 1. ubi Alex. n. 12. licet Ripa ibi n. 44. aliter sentiat. Cujus rei ratio esse potest, quia prorogatio est præter legem, dum cōdemnato longius tempus indulget, & ideo valet mero jure sine causa: secus vero coarctatio, quia sine ea corruit, quia intentioni legis repugnat: & quæ præter legem fiunt, tanquam valida indigent appellatione, quia lex concedit dilationem in favorē condénnati, l. intra dies 7. ff. de re judic. quod si objiciatur etiam per prorogationem præjudicati viatori, cui non solvit, satisfit, quod illud venit tacite, & in consequiam, & ideo non attenditur.

DECISIO LXI.

8 Illa tamen prorogatio non absolute à judicis arbitrio dependet, sed debet cum justa causa decerni, ut deducitur ex d. l. 2. ubi in duobus casibus ibi expressis restrictio admittitur cum urgenti causa ex Innoc. in cap. 1. de constitution. Decio in cap. cum sit Romana de appell. num. 13. in fine, quæ causa debet examinari partibus auditis, ut per gloss. in d. l. 2. verbo coarctari, Rebuff. 2. tom. ad leges Gall. de dilation. art. ult. gloss. unica num. 7. A cuius decreto super rationabilitate causæ appellari potest, quia factum vel mero jure valuit, vel si nulliter gestum, oportet, ut per superiores reformatum iniquitas, cap. 1. de dilation. Bart. in d. l. 2. num. 7. ubi Alex. num. 16. Ias. 33. Ripa 27.

9 Ad validitatem autem, vel nullitatem actus ampliationis scilicet, vel restrictionis attendi debet, an tempus à lege concessum in favorem, vel odium alicujus concessum sit principaliter; nam si in favorem sit, veluti quando conceditur dilatio condemnato ad solvendum, tunc non valebit restrictio sine justa causa, quia repugnat menti legis, prorogatio vero mero jure valebit, ex d. l. 4. §. si quis condemnatus: idem è contra si terminus præfixus sit in odium partis, ut tali termino elapsus à jure suo cadat, tunc si tale tempus amplietur, non valebit, quia legis menti adversatur; coarctatio vero valebit mero jure, quia ex mente legis procedit, cap. oblati 57. de appell. licet utrumque casum non differre teneat Capell. Tholos. quæst. 197.

Ex quibus infertur, quod si termini præfixio sit à lege in favorem publicum, ut in l. properandum C. de judic. præfigitur terminus instantiæ, quia ille favor publicus non differt ab odio partium, & litium, quibus lex obviare intendit, utique ille terminus à judice prorogari minime poterit, patet ex d. l. properandum, ibi: *Non esse eis concedendum ulterius lites quam triennij spatio extendere*: & in d. cap. oblatæ de-

appell. ibi: *Non valet prorogatio*: si autem fiat restrictio temporis ex justa causa, non inconvenit, quod valere possit, cum menti legis obsequatur: patet ex supradictis juribus, ubi solum prorogatio interdicitur, prosequitur Alex. ibi num. 18. Decius in d. cap. cum sit Romana num. 19. Illud tamen, quod non valebit prorogatio, ita accipiendum est, si fiat sine legitima causa, quia adhuc ex causa legitima admitteretur, prout si litigans ex facto adversarij, & dolo ipsius non potuit item concludere ex Alex. in d. l. 2. ff. de re jud. num. 7. argum. l. intra utile 40. ff. de minor. Curtius Junior num. 62. in d. l. properandum, & probat Ordin. Regia lib. 1. tit. 86. §. fin. Ubi instantiæ circa novi operis nuntiationem trium mensium spatium præfigitur in favorem publicum, & tamen ex justa causa protenditur: sic procedit Ordin. lib. 3. tit. 70. in princ. Ubi ad appellandum decennio elapsus, quod bonum publicum respicit, & prorogari nequit, ex Gama decis. 217. D. Caldas Pereira de renovat. quæst. 11. num. 9. Maranta de ordin. judic. tit. de appell. num. 240. Azeved. ad l. 2. tit. 18. lib. 4. n. 4. Surd. decis. 244. num. 1. Paz in praxi 2. tom. part. 5. cap. unico num. 1. Tamen à judice ex causa legitima ampliatur, veluti quando appellans nescivit sententiam latam, Ordin. d. tit. 70. in fin. princ. ibi: *Foi sabedor*: & tit. 79. §. 1. & tit. 69. §. 4. & tit. 84. vel si minor sit, & restitutio nem petat, Ordin. lib. 3. tit. 74. §. 5. & tit. 84. §. 9. & tit. 41. in princip. & tit. 44. §. 9. Cabed. decis. 42. numer. 4. Unde licet illud tempus à partibus prorogari nequeat, quia in eorum odium limitatum est à lege, quia contra legi mentem fieret, tamen à judice fieri potest (licet bono publico talis extensio repugnet) quando fiat ex legitima causa partibus auditis, ut supradixi, sicut & restringi decennium posse dixit Purpurat. in d. cap. cum sit Romana num. 13. ubi Felin. 4. Alex. in d. l. 2. num. 6. Ripa 19. & valere mero jure etiam sine causa, quia fit secundum mentem legis, non contra illam

D E C I S I O L X I .

197

illam ; & requiri appellationem Capell. quæst. 197. Circa vero fatalium tēpus, an à partibus pacto prorogari valeat, dubitari potest, ex l.fin. §. fin.C. de temporib. appell. ubi valet pactum , ne appelletur , & ne fatalia observentur , ut illum textum accipit Bart. ibi Bald. & Salycet. & Felin. in cap. ex ratione de appellat. num. 2. ubi Decius num. 9. & in d. cap. oblatæ, consonat Gama ubi supra, & quæ Zerola 1. part. verbo instantia, vers. 7. Cabed. decis. 41. Quare exploso intellectu Abbatis , & aliorum in d. cap. ex ratione , quem probat Butrius in cap. venerabilis num. 50. de judic. quod textus non agat de ampliatione termini , sed de suspensione fatalium, ne interim currant ; quia hic intellectus sustineri non potest, cum utroque modo publicum bonum offendatur , quia pariter terminus à lege datus protenditur. Ille textus procedit , quando partes inter se convenient , ne observentur fatalia , ut scilicet causa alio modo dirimatur , veluti per arbitros , per quod pactum interim suspenduntur fatalia , quia superat lex litem eo modo facilius dirimendam : aliás enim pactum, ne fatalia currant, non valebit, Rolandus conf. 18. num. 13. lib. 1. Bolognetus conf. 29. num. 44. Peres d.lib. 3. tit. 3. in princ. Avendan. lib. 1. prætor. cap. 6. n. 3. Vantius de nullitat. tit. de defectu juris ordin. num. 119. Maranta de ord. judic. 1. part. decis. 5. à n. 5. Cassad. de appell. decis. 9. num. 9.

10 Unde non prohibetur judex etiam hoc casu appellationem extra fatalia recipere ex causa legitima , & jure approbata, adeo ut si appellationem recipiat elapso semestri, quod ad prosecutionem à lege Regia assignatur, lib. 3. tit. 70. §. 3. oporteat , ut pars adversa in processu supplicationem interponat , ut coram superioribus talis receptio retrahari valeat, ex Ordin. d. tit. 70. §. 8. & tit. 84. §. 11. Gam. decis. 300. sicque intelligi debent Gama d. decis. 217. Cabed. decis. 40. & 42. Caldas Pereira verbo implorandum num. 17.

11 Sic explicabis textum in l. ad peremptorium 68. ff. de jud. dum probat, quod adversus absentem non procedatur ad diffinitivam , nisi præcedant tres citationes, & quælibet habeat terminum decem dierum , ut magis ejus contumacia convincatur , qui terminus cum sit in odium absentis , prorogari à judice non poterit , arctari vero poterit ex causa , quia secundum mentem legis sit : unde cautè in Ordin. lib. 5. tit. 126. in princip. dum absenti duo menses in edictali citatione assignantur , expressum est , ne illud tempus duorum mensium arctari posset , prout jam arresto Senatus decisum dicit Cabed. arrest. 57. 1. part. aliás enim posset judex ex justa causa restringere.

12 In dilationibus autem à legi datis, quando à judice restringuntur , videtur , quod mero jure valet restri ctio, ex cap. 1. de dilation. ubi breviori termino assignato ad comparendum requiritur appellatio, ex Bart. in d. l. 2. num. 7. Felin. cap. Ecclesia de constitutio n. num. 23. de jure tamen Regio si dilatio brevior concedatur , quam à lege assignata sit, licet supplicare, quasi à lege non observata , quæ quando tempus certum diffinit concedendum, formam præscribit , quæ omitti non potest, sine cum nullitate actus, l. Julianus §. si rem ff. ad exhibendum, nec ministerio judicis uti vult, quando terminum declarat : sic procedit Ordin. lib. 3. tit. 70. in princ. cum similibus : sic explicabis Ordin. lib. 5. tit. 126. in princ. ubi terminum assignat, sub quo absentes citari debent.

Ex quibus cū in præsenti à d. l. Regia lib. 4. tit. 13. §. 7. in favorem condemnati, ut pignora redimat, illud tempus 8. diatum concessum proponatur , licet judex illud limitando ad unum diem, debat pars appellare à restrictione facta sine causa legitima, tamen cum de ea non constet, recte revocata fuit ipsius sententia, & jussum, ut supplicans legali termino frueretur, confirmata sententia Præsidis Eborensis. Scriba Chaves.

DECISIO LXII.

SUMMARIA.



1. Ondemnatus ex sententia an ex illa agere possit pro summa incidenter sibi adjudicata.

Interpretatur l. si constante §. quoties ff. solut. matrimon. ibi.

Is, in cuius favorem lata est sententia, an possit ab illa recedere. ibi.

Ea, quæ à principio voluntatis sunt, fiunt necessitatis. ibi.

A sententia parte invita desisti nequit, sicut ab ipsa lite.

Ordin. lib. 3. tit. 40. §. 2.

Iuris iniqui impetratio retorquetur contra impetrantem. ibi.

2. Sententia pro se latæ potest quis renuntiare.

Ponderatur l. si judex ff. de mi-

nor. ibi.

Consanguineus potest sententia retractus renuntiare. ibi.

Idem in re debitoria. ibi.

3. Ex sententia communi an utrique partipateat executio.

Ille, contra quem fertur sententia, non potest ex illa agere implorato judicis officio nobili. ibi.

Verba sententiae in favorem victi non sunt directa, sed conditionalia, quæ executionem non habent. ibi.

4. Actio in factum ex tali sententia quomodo detur.

Ponderatur doctrina Bart. in l. 1. §. edenda ff. de edendo. ibi.

Potest pars cogi, ut edat sententiæ alias maneat sine effectu. ibi.

DECISIO LXII.

An ex sententia contra se lata Reus agere possit contra actorem via executiva in ea parte sententiae, quæ Reo prodest? Ad Ordin. lib. 3. tit. 25. C. 86.



Gerat Illustrissimus Comes da Castanheira contra antiquam Comitissam, ut sibi dimitteret certa prædia, quæ inuste detinebat; Comitissa vero excipiebat, quod illi erant dicta prædia concessa, quo usque Actor tria millia aureorum solveret: sententia pro lata fuit in favorem Actoris, ea tamen declaratione, ut ipse prius dictos tres mille aureos Comitissæ exolveret: lata sententia siluit Actor, nec executionem postulabat. Rea ne in statu dubio esset, ex eadem sententia via executiva agens,

Comitem notificari fecit, ut tres mille aureos exolveret, petita in ejus bonis executione pro dicta summa. Comitem exequendum pronuntiavit judex.

I. Causa delata ad Senatum ad eosdem judices, qui fuerant in prima sententia, mihi loco unius ex judicibus dicendi facultas facta suit: & dicebam non sine dubio esse, an posset Rea ex eadem sententia Actorem exequi pro dicta summa trium mille aureorum: & posse, videtur probari ex text. ad id notabili, in l. si constante §. quoties ff. solut. matrimon. ibi: Nec ferenda est mulier si dicat magis se velle dilationem pati, quam

in repræsentatione deductionem: per quem text. Bald. ibi in gloss. nec ferenda, docet, quod is, in cuius favorem lata est sententia, non potest ab ea recedere, nec habet locum pænitentia: idem voluit Angel. Imol. Roman. Paul. & Alex. ibi, & per illam sententiam posse exequi dicit Beroius decis. 48. num. 2. **Cujus rei efficax argumentum est**, quod quasi contractus in judicio initus, ex l. 3. §. idem scribit ff. de pecul. efficit, ut ea, quæ à principio voluntatis sunt, sequuta causa fiant necessitatis, l. si ut C. de action. & obligation. Unde cum sententia illud jus inter litigantes constitutat, ut unus rem accipiat, alter pecuniam reddat, ex utraque parte debet esse æqualis, & respectu utriusque membra suam habere executionem paratam per regulam correlativorum, de qua in l. ult. C. de indict. viduit, & in cap. ult. ne clerici, vel monach. Tiraq. de retract. lignag. gloss. 9. §. 1. num. 170. In cuius rei argumentum faciunt multa, quæ citat idem Beroius d. decis. 48. quod non liceat jam à sententia desistere in fraudem alterius colitigantis, sicut etiam ab ipsa lite parte invita desisti non potest, Auth. qui semel C. quomodo, & quando judex, l. destitisse ff. de judic. Ordin. lib. 3. tit. 40. §. 1. sicut alias impetratio juris iniqui contra alium revertetur contra impetrantem l. 3. C. quod quisque juris, Valasc. conf. 25. n. 11. & seqq. Ordin. lib. 3. tit. 38. Tiraq. de retract. gloss. 13. §. 1. n. 6.

2 Et pro hac parte judicatum refert Beroius d. decis. 48. in fine: verū obstat fortiter Iuliani responsum in l. si judex ff. de minor. ubi sententiæ in proprium favorem latæ licet renuntiare, ibi: *Si judex circumvento adolescenti jussit fundum restituiri, eumque pretium emptori reddere, & hic nolit uti hac in integrum restitutione, pænitentia acta exceptionem utillem adversus petentem pretium, quasi ex causa judicati adolescentis habere poterit, quia unicuique licet contennere hæc quæ pro se introducta sunt*: nec difficultatem tollit intellectus Bald. ad alium text. in d.

§. quoties, quod procedat jure speciali, quia textus in sua decisione non ex speciali minoris privilegio movetur, sed ex generali regula, ibi: *Quia unicuique licet, &c. in retracto prosequitur Tiraq. de retractu lignag. ad finem tituli, num. 24.* Ubi resolvit consanguineum, cui jus retractus competit, posse sententiæ renuntiare, sicut in re debitoria dixit gloss. in l. illud §. 1. ff. de ædilit. edict. gloss. 2. in l. 13. tit. 22. part. 3. Bart. in l. Plautius ff. de condit. & demonstrat. n. 1. prope finem, Aretin. in l. pro hærede §. Papinianus ff. de acq. hæred. Alex. conf. 36. col. ultim. lib. 4. Tiraq. ubi supra num. 28.

3 Unde in hac quæstione de duabus controverti potest: primo, An ex sententia communi pateat executio respectu victi pro pretio sibi solvendo? Secundo, An saltem per actionem in factum audiri possit. Primo casu, qui est nostræ disputationis, circa dubium videtur, quod nullo modo potuerit Comissa ex illa sententia executive agere implorando judicis officium nobile, l. 1. & 4. §. ex conventione ff. de re judic. prout imploratur, quando proceditur summarie assignato termino ad solvendum, Bart. in l. jubere cavere n. 3. ff. de jurisd. omn. judic. & in l. creditores, C. de pignor. Specul. in tit. de sentent. execution. §. breviter num. 1. Collerus de process. execut. 3. part. cap. 2. num. 3. quia ultra quod vicit potuit renuntiare juri sibi quæsito ex sententia, ex reg. d. l. si judex, adhuc respectu Comissæ non dantur in sententia verba definitiva, sed conditionalia, ut ipsa non teneatur rem dimittere, quo usque illud pretium solvatur: & non sequitur: Non tenetur quis rem tradere, nisi solvatur certa quantitas: Ergo agere potest ex eodem contractu, ut solvatur: sicut alias qui promisit non alij vendere, non potest compelli, ut præcisè vendat, quia intelligitur, si velit, gloss. in l. eum qui §. qui injuriarū ff. si quis caution. DD. in l. qui Romæ §. cohæredes ff. de verbis obligat. Beroius ubi supra num. 24. Atque

DECISIO LXII.

que ex his neutquam executivè agi potest ex instrumento non directo , quod verbis, & sensu obliquo versatur , & secundario victi personam considerat, quæ tanquam non legitima recte à limine judicij repelli potest, ex Bart. in Extravag. ad reprimendum verbo figura num. 4. Bald. in l. 3. §. ibidem num. 2. ff. ad exhibend. Antonius de Canarijs de execution. instrum. quæst. 25. Maranta de ordin. judic. 4. part. ultim. distinct. princip. num. 16. Collerus part. 2. cap. 2. n. 61. & in proprijs terminis judicatum refert in Senatu Sabaudiæ Faber in suo Codice lib. 7. tit. 20, diffinitio ne 54.

⁴ In secundo autem casu nasci ex illa sententia ad pretium actionem in factum dixit Bald. in l. si prædium col. 2. vers. sed pone ff. de ædilit. edict. quod si in ædilitia actione lata sit sententia ad commodum emptoris , qua condemnatus est venditor rem recipere , & reddere pretium, ex ista sententia nascitur venditori actio in factum , si emptor nolit uti sententia , ponderat Tiraquell. ad finem d. tit. num. 25. & succedit doctrina Bartoli in l. 1. §. edenda

ff. de edendo. Ubi docet, quod quando vix sententiam non exequitur, forte timens , ne impedimenta offerantur, quod licet non possit cogi , ut sententiam edat, ut illa impediatur, tamen potest pronuntiari, ut quando illa sententia appareat, suo careat effectu : & paratione videtur posse tempus assignari , ut sententia exequatur, ut illo transacto maneat enervata , ne in amplius exequi possit, quod videtur suaderi ex d. l. si judex , dum probat posse minorem sententiæ pro se latæ renuntiare, quod supponit partem adversam instasse, ut sententiam statim exequeretur , ne cogeretur esse in statu dubio , & textus decidit posse renuntiare juri suo : atque ideo videtur recte posse compelli per actionem in factum, ut declareret , an velit sententia uti.

Atque ex his censuimus dictam Comitissam executivè agere non posse , & petere sententiæ executionem contra se latæ ; non negavimus tamen , ut per actionem in factum agere posset , ut pretium solveret , vel sententiæ renuntiasse dicatur, revocata judicis sententia.

SUMMARIA.



Offessor rei hypothecatæ cōvenitur etiā non excusso principali.

2 Annui redditus rediti ex fundo cum hypotheca inducunt onus reale.

Collectæ, pensiones emphyteuticæ , & beneficiorum petuntur à quocūque possessore. ibi.

3 Sine dubio procedit in tributis Principi debitibus.

Inter privilegia fisci est , ut pensiones exigat à quocunque possessore. ibi.

4 Secus est in partitionibus privatarum.

In causis alimentorum contrahitur tacita hypotheca. ibi.

Redditus debiti ex pacto personali, cui accedit hypotheca, non petuntur à tertio possessore. ibi.

Cum Principe ex solo contractu annui redditus sine hypotheca agitur contra tertios.

Inter privatos tunc, cum adjungitur ipsius fundi hypotheca. ibi.

Qui promittit annuam pensionem, cum rei hypotheca intendit censum constituere. ibi.

Inter-

DECISIO LXII.

301

- Interpretatur l. si creditor §. fin. ff.
de distract. pignor. ibi.
- 5 Redditus ex fundo sic hypothecato à promissore constituunt jus reale.
- Census obligatio decennio prescribitur. ibi.
- Hæc prescriptio intelligitur quo ad executionis modum. ibi.
- 6 Si tertius habet causam à malæ fidei venditore, non prescribit tempore ordinario.
- Interpretata Auth. malæ fidei Cod. de prescript. longi tempor.
- Si quartus sit emptor, vel ulterior, à malæ fidei possessore, cessat prohibitio, ibi.
- 7 Prescriptio interrupitur naturaliter, & civiliter.

DECISIO LXIII.

An census obligatio extinguatur longo tempore? Ad Ordin. lib. 4. tit. 3. §. 1.



Um Emmanuel Mendez emisset à Vasqueanes censum constitutum super quadam proprietate, idem Vasqueanes eandem proprietatem censui suppositam, ut liberam, & allodialem Georgio Manso vendidit. Cumque cessasset in solutione redditus anni, emptor contra tertium rei censuarix posse fore egit pro decursis redditibus: qui opposuit se titulo, & bona fide rem illam per 13. annorum spatium possedisse, ut liberam omni reali onere: Actor replicabat sibi non nocere longi temporis prescriptio nem, quia Reus habebat authorem malæ fidei, & quod talis prescriptio fuerat per citationem interrupta: Iudex pro Reo absolucionem protulerat sententiam,

qui pariter negabat rem esse censuariam, licet hypothecata foret pro securitate redditus promissi, quæ rei hypothecatae non permittebat conveniri possessorem, principali debitore non excusso, ex Ordin. lib. 4. tit. 3. in princip. Auth. hoc si debitor C. de pignor. l. 14. tit. 13. part. 5. ibi gloss. 5. Menchaca Illustrum cap. 60. num. 4. Gutierrez. in l. nemo potest num. 29. Maitrillo decis. 109. Gama decis. 99. & 319. num. 3. Riccius coll. Etan. 27. part. 1. D. Caldas Pereira de empt. cap. 33. num. 12. Pro discussione causæ sequentia dubia proponebantur: primo, an venditione reddituum cum hypotheca censualis fieret contractus: secundum, an illa census obligatio decennio à tertio possessore prescribatur, vel indigeat tempore longissimo,

&

& an ex citatione ad causam legitimam intercesserit interrupto præscriptionis.

2 Circa primum dicebam , quod si privatæ personæ promittatur annuus redditus ex certo fundo , & ipse fundus hypothecatur solutioni , tunc ratione illius hypothecæ à quolibet possessore poterunt pensiones exigi etiam præteriorum annorum per hypothecariam , quia censetur jus reale census constitutum , ut in Extravag. 1. & 2. de emptione inter communes , & ita habet communis , ut per Valasc. de jure emphyt. quæst. 32. num. 13. Alciat. respons. 3. Covarr. lib. 3. resol. cap. 7. num. 6. sic limitata regula 1. fin. §. fin. ff. de contrah. emption. Atque ex hac ratione collectæ , & pensiones emphyteuticæ , beneficiorumque pensiones à quovis possessore exiguntur ; quia in illis tacita datur hypothecata , ex Negusan. de pignor. 2. part. membr. 4. n. 123. Valasc. d. quæst. 32. num. 21. Guido quæst. 302. & 566. Franciscus Marcus quæst. 325. num. 4. Cassan. in consuetud. Burgund. rubr. 11. §. 6. num. 2. & 16.

3 Quæ quidem communis opinio sine dubio procedit in tributis , vel pensionibus Principi promissis , ut habetur in l. Imperatores ff. de publican. l. inter debitorem 43. ff. de paet. l. 3. in fin. ff. de censib. l. 2. C. sine censu , vel reliquis ex speciali fisci privilegio , ut præteritas pensiones à quolibet possessore exigere valeat , gloss. fin. in d. l. fin. §. fin. ff. de contrah. empt. sequuntur citati à Tiraquell. lib. 1. retract. §. 6. gloss. 1. n. 7. Ripa in l. 1. §. si hæres num. 15. ff. ad Trebell. Pinel. in l. 1. C. de bon. matern. 2. part. num. 72. limit. 3. quia Princeps , cum quo contrahitur , prout illud inducere abrogando communis legis vinculum.

4 At vero in conventionibus privatorum , ubi illa potestas non datur , vel tacita , vel expressa hypotheca consideretur , nunquam contra tertios rerum possessores actio competit pro præterioris pensionibus , quia per hypothecam rei , quæ accessoria est , non im-

mutatur natura primæ obligationis , imo pacto personali manente in sua natura accedit (excepta causa alimentorum , in qua ex tacita hypotheca jus reale resultat l. 2. ff. de alim. & cibar.) ex qua contra tertios agi non potest , nisi principali excusso , Ordin. lib. 4. tit. 3. Auth. hoc si debitor C. de pignor. Quare non recte communis per hypothecariam hos redditus posse peti arbitratur , cum magis consonet juri , ut pro pensionibus beneficiorum , & tributis contra tertios agi possit , quia jus reale constituunt per se consideratum in rebus ipsis , quod cognoscitur per illas annuas præstationes , pro quibus non personæ , sed ipsa prædia convenientur , D. pater meus de extinction. cap. 3. num. 23. ad instar cujusdam servitutis realis prædio inhærentis , §. æque si agat Instit. de action. l. eorum ff. de damno infect. l. haetenus 8. ff. de usufruct. l. 2. C. dealuvion. l. rescripto §. sciendum ff. de muner. Clem. 1. de censibus: quod jus reale vocat Cyn. servitutem in nomina tam in rubr. C. de usufruct. Guido decis. 432. & quasi pars fundi , Tiraq. lib. 1. retract. §. 6. gloss. 1. num. 7. & §. 32. gloss. 1. ex num. 79. Valasc. d. quæst. 32. num. 13. licet sibi contrarius aliter censeat quæst. 17. num. 20. nisi dicamus in his pensionibus considerari , quod ratione alimentorum constituuntur , in quibus jus reale datur ex d. l. 2. Covarr. in cap. Raynutius §. 10. num. 8. quamvis nihil esse speciale in alimentis contendat Negusan. de pignor. 4. membr. 2. part. num. 164.

Unde duobus modis hoc jus reale constituitur : primo , si cum Principe contrahitur ex sola promissione anni redditus etiam sine ulla hypotheca , sic procedit l. Imperatores ff. de publican. l. moschis ff. de jure fisci cum alijs. Secundo in privatis pactionibus , quando annuus redditus promittitur ex aliquo fundo , & adjungitur ipsius fundi hypotheca , qua jus reale census resultat , si non ex natura actus , quia nihil aliud importat , quam obligationem perso-

personalem cum hypotheca ; tamen ex mente contrahentium onus reale inducitur , quia illi , qui censum constitutere volunt , non aliter se explicant , quam promittendo redditus annuos cū hypotheca rei ; de jure enim est , ut ex pacto sua natura personali aliquando constituatur jus reale , l. si creditor §. fin. ff. de distract. pignor. sentit Covarr. d. cap.7. num.6. Alciat. d. respons.3. Paulus conf. 333. lib. 1. conducunt quæ Gama decif. 13. & 145. Felician. de cēsib. lib.1. cap.10. num.3. Garcia de expens. cap.4. num.42. Gutierrez. practicar. lib. 2. quæst. 167. num. 4. Molin. de contractib. disput. 383. §. ex his , idem Valasc. de jure emphyt. quæst. 4. n. 7. & d. quæst. 32. n. 23. in fin. & quæst. 17. 17. num. 17.

5 Ex quibus patet , pro his pensionibus sic promissis ex hereditate pro illis hypothecata ex mente contrahentium jus reale constitui , quod ad quoscunque transit possessores : & succedit secundi dubij resolutio , an census obligationi decennio inter praesentes prescribatur à tertio possessore cum titulo , & bona fide ? In qua quæstione resolutivè dicendum , quod si standum est legibus Castellæ , prout est lex 63. Tauri , quæ hodie est l. 6. tit. 15. lib.4. Novæ Collection. & l.35. lib. 3. tit.4. ibi : *O por ser passados los dez años :* juri executionis per decennium prescribitur , idest prescribuntur fructus debiti decenio , & ne pro illis executivè procedi poslit , explicat Parlador. quotidian. cap.1. §. 16. n.41. eum citans Gutierrez. practicar. lib. 1. quæst. 90. num.2. quod in effectu non est prescribere fructus , sed potius executionis modum , ne scilicet executive petantur , sed ordinarie . Verum de hoc non agimus , quidquid apud Hispanos sit , sed de prescribendo ipso jure census , & hypothecæ , quod decennio prescribi docet l. 1. & 2. C. si adversus crediteorem , consonat l.39. tit. 13. part. 5. & l. 27. 29. part. 3. Balbus de prescript. 4. part. quartæ principal. quæst.5.& quæst.

7. num. 4. Menchac. lib. 2. illustrum cap.60. Parlador. ubi supra § 12. num. 41. & §.13.num.44. Gomes 2. tom.cap. 11. num.45. Boer. decif.336. per tot. licet Azeved. in l.9. tit.15.lib.4. Recoplat. aliter sentiat , contra quem insurgit Gutierrez. d.quæst.90.num.4. Olanus in Concord. juris lit. F. num. 27. fol.138. Salazar de consuetudin. cap. 11. n. 50. & 52.

6 Verum rem adhuc non satis aperit Gutierres , nec illius opinio indistinctè sumpta , quod à tertio possessore cum titulo , & bona fide census obligatio prescribatur , vera est : nam si tertius ille causam habet à venditore census , qui sciens rem censualem , nihilominus eam ut liberam vendidit ignorante emptore , adhuc prescriptio decennalis non sufficit ex text. ad id expresso in Auth. malæ fidei C. de prescript. long. temp. ubi scientia illius , contra quem prescribitur , attenditur , ibi : *Si verus dominus ignoret suum jus , & alienationem factam , spectatur ergo triginta annorum defensio :* explicat late Pinel. in Auth. nisi C.de bon.matern.à n.8. Unde fit quod si censuaria terra vendatur tertio , qui bona fide emerit ignorantem vero domino census , nullo modo is tertius ordinario tempore prescribet , ut videtur indistinctè sentire Gutierrez. ubi supra. Si vero quartus emptor sit , qui non immediatè possideat à malæ fidei venditore , sed ab alio , qui jam bona fide emerat , utique eo casu longo tempore prescribi poterit , seu extingui illa census obligatio , quia non continuatur illud vietum , & mala fides primi venditoris in sequentes , quia cum d. Auth. malæ fidei loquatur de eo , qui immediatè à venditore possidet , non debet ad alios porrigi , eleganter Pinel. ubi supra n.35.

7 Ultimum erat certamen , an ex citatione ad causam talis prescriptio interrupta censi debuisse ? Et certissimi juris est ad imaginem naturalis interruptionis , de qua in l. naturaliter ff. de usucaption. Conan. lib. 3. cap. 24. ex n.1. Covar. in reg. possessor 2. part.

§. 12. à princip. dari etiam interruptionem civilem , quæ à lege introducitur, de quo per gloss. in cap. illud de præscription. per quam quis lite mota de jure suo dubius efficitur , l. nemo C. de acq. possess. l. cum notissimi §. 1. C. de præscription. 30. non tamen simpliciter ex omni citatione præscriptio interrupta dicitur ; nam licet sola citatio interruptat in præscriptionibus 30. vel 40. annorum , Ordin.lib.4. tit.79. §. 1. l. sicut C. de præscription. 30. d. l. cum notissimi ; præscriptio tamen longi temporis, 10. vel 20. annorum litis contestationem requirit , d.l. nemo l. 2. Cod. præscript. long. temp. communis in d. l. naturaliter, ut per supra citatos. Cujus rei est ea ratio ; quia hæc præscriptio brevis temporis difficilis interruptur , quia in ea requiritur titulus , l. diutina C. de præscript. longi tempor. Et ideo sic possidens non fit dubius per primum actum, nisi lis contestata sit; in præscriptione vero longissimi temporis , cum titulus non requiratur , nisi aliquo casu , quando contra jus est præscriptio, cum in ea de jure Civili bona fides non requireretur, l. 1, C. de usucaption. transform. ideo nec titulus requiritur attento illo jure : & inde fit, quod ex sola citatione fiat dubius præscribens , sique conciliantur d. l. cum notissimi , & l. more C. de rei vendic. & l. nemo C. de acq. poss.

8 Circa effectus utriusque interruptionis illud notandum est , quod naturalis interruptio , quæ fit amittendo possessionem , si postea recuperatur, completur præscriptio incipiendo de novo eo tempore , quo antea poterat : At vero in civili interruptione si agimus de præscriptione longissimi temporis , ubi sola citatio sufficit, adhuc

poterit de novo inchoari , & compleri eodem tempore longissimo : si vero litis contestatio requirebatur , quia erat brevis temporis , tunc jam non sufficit idem tempus, sed 30. annorum spatium requiritur, l. ult. C. de præscription. 30.

9 Quod intelligendum est, quando cessatum est à lite cum justa causa , ne videatur interruptens illud fecisse animo perpetuandi actionem quia tunc illud tempus , quod antea sufficiebat, hodie sufficiet , postquam à lite cessatum est, gloss. 1. in d. cap. illud, ubi Abb. num. 24. Tiraquell. de retract. tit. 1. §. 1. gloss. 10. num. 75. Conan. lib. 3. cap. 11. à num. 8. facit d. l. ult. in ratione, quam assignat casuum fortuitorum , ob quos à lite cessatum fuit , ut sic fraudibus obvietur ex reg. cap. sedes de rescript.

Atque ex his diximus in nostro casu censem , & jus reale fuisse constitutum , ratione cuius à possessore poterant exigi præteriti redditus non obstante præscriptione temporis longissimi cum titulo habito ab ipso venditore census ; quia ille, qui immediate causam habet ab ipso venditore , non præscribit ordinario tempore , sed longissimo : quæ præscriptio sola citatione interruptur. Sicque revocavimus sententiam Iudicis , qui census obligationem extinctam esse dicebat : Scriba Machado.

In alio processu Francisci Gomez contra Gasparem Fernandez oppidi de Villanova , Scriba Pedro Correa, obtinuit, quod Reus, qui possidebat rem censualem , & liberam à suis prædecessoribus, decennio præscriperat jus executionis , ne executive peti posset, sed ordinariè agendum foret de viribus præscriptionis allegatæ Anno 1618.

DECISIO LXIV.

305

SUMMARIA.



Mptor potest repellere hæredem venditoris rem venditam vendicantem opposita exceptione doli.

Fidejussor si rem, pro qua fidejussit, evincit, repelli potest. ibi.

Sufficit tacite consentire alienationi. ibi.

Hæres defuncti alienatoris rem venditam vendicare non potest. ibi.

Factum defuncti hæres non impugnat. ibi.

Interpretata l. fin. Cod. de evi-
ction.

Hæres fidejussoris reivendicare potest rem, pro qua defunctus intercessit. ibi.

Differentia est constituenda inter

hæredem venditoris, & fidejussori.
ibi.

Vendens rem tenetur præcisè tradere, si potest. ibi.

In hærede fidejussoris est diversa ratio, ac in hærede venditoris. ibi.

Fidejussor nullum factum promittit. ibi.

Fidejussor solum obligatur, quando res non sit tradita, vel sit evi-
cta. ibi.

Fidejussor satisfacit, si pactum de-
functi adimpleat eo modo, quo po-
test. ibi.

Non tenetur rem præcisè tradere,
sed liberatur solvendo interessu-
m. ibi.

Ubi venditio est nulla, corruit fi-
dejussio.

DECISIO LXIV.

An audiri debeat mulier agens pro dote sibi promissa, quando una ex rebus do-
tatis alienata fuit, patre ejus tanquam fidejussore intercedente, cuius ipsa mo-
do hæres est? Ad Ordin. lib. 4. tit. 48. & §. 1.



Um P. & ejus uxor Vio-
lante Vaz dotem in qua-
dam domo Beatrici Dias
cōstituissent, postea ean-
dem domum ipse dotans

alij vendidit dato in fi-

dejussorem patre ipsius dotatæ, cuius
dotata postea hæres extitit: cumque vel-
let domū sibi promissam in dote vendi-
care, objectum illi fuit, quod actione ca-
rebat, eo quod ejus pater fuerat illius
venditionis fidejussor, cui cū conveniri
posset pro implemento venditionis, sic

pariter Actrix ejus filia audiri non potea-
rat, quæ patris personam repræsentabat:
Iudex sententiam protulit in favorem
Reæ exclusa petitrice, cuius sententiam
revocandam Senatus censuit.

I Pro sententia judicis illud
urgebat, quod emptor potest repelle-
re hæredem venditoris rem venditam
vendicantem, opposita exceptione
doli, l. Seia 73. ff. de evictione. ibi: Paulus
respondit, jure quidem proprio, non
hæreditario Semproniam, quæ Seiae,
de qua quæritur, hæres extitit, contro-

versiam fundorum facere posse , sed evictis prædijs eandem Semproniam hæredem Seiæ conveniri posse , vel exceptione doli mali submoveri posse : & succedit reg. l. cum à matre C. de rei vendic. Pinel. in l. i. 3. part. de bonis matern. num. 80. & seqq. Unde sicut fidejussor , si viveret , rem illam , pro qua fidejussit , evincere non posset , nec pro ea litem movere , quia repelli posset ab agendo , quia eum tenebat actio de evictione : sic pariter ejus hæres repelli potest , qui si vere non consensit alienationi , tamen hære videtur consensisse , cum repræsentet defunctum l. si ab eo C. de liber. caus. prosequitur Barbosa ad l. Lucius ff. solut. matrimon. à num. 24. in fine , & succedit reg. l. 3. C. de rebus alien. Ubi hæres venditoris rem à defuncto alienatam vendicare non potest ab emptore , etiamsi proprio nitatur jure , l. sive possesio C. de eviction. quod quidem in hærede fidejussoris procedit , ne etiam ex propria persona , & jure aliunde quæsito admitti valeat ad vendicandam rem de consensu defuncti alienatam , & pro qua ipse fidejussit , ne factum illius oppugnare videatur , quod jus non patitur.

2. Verum pro contraria parte adeat textus expressus in l. fin. C. de eviction. ubi cavetur hæredem fidejussoris rerum , pro quibus defunctus apud emptorem intercesserat pro venditore , non impediri dominium vendicare ; atque ideo necessaria sententia judicis erat revocanda , dum agentem hæredem fidejussoris repellit : explicat Barbosa ubi supra num. 26. ex qua Surdus conf. 144. num. 24. lib. 1. Cujat. ad Paulum lib. 3. quæst. ad l. rem ff. pign. act. Gama decis. 319. num. 2. Pinel. ubi supra num. 83. 6. limit. Ex quorum dictis illud receperius videtur differentiam esse constituantam inter hæredem venditoris , & hæredem fidejussoris ; primus namque repræsentat defunctum in eadem obligatione , qua defunctus tenebatur rem venditam tradere , dominiumque illius transferre gloss. recepta in §. item pre-

tium Instit. de emptione , verbo tradatur , quando scilicet habeat facultatem rei tradendæ , nec liberari solvendo interesse , Bart. in l. stipulationes num. 39. ff. de verbis obligat. receptus ex Alex. ibi num. 30. Ias. 35. Angel. & Aretin. in §. actionum num. 14. Instit. de action. ubi idem Ias. num. 147. plura Pinel. in l. i. C. de bonis matern. 3. part. num. 25. Unde fit , quod nec hæreditario jure , nec proprio ex propria persona , vel causa extrinseca sibi adveniente possit rem à defuncto distractam vendicare , d. l. 3. C. de rebus alien. quia utroque modo factum defuncti infringit , l. 2. §. ex his ff. de verbis obligat. At vero in hærede fidejussoris est diversa ratio , nam cum fidejussor nullum factum promittat , sed simpliciter consensum venditioni adhibeat , solumque ad securitatem rei venditæ adhibetur , ut de evictione teneri possit , quando res non sit tradita , vel evicta , ut dixit Socin. conf. 52. lib. 4. num. 11. Alciat. respons. 556. Phanutius de Invent. 7. part. num. 251. & probatur in d. l. fin. ubi supponit fidejussorem de evictione teneri. Ideo fidejussoris hæres satisfacit , si factum defuncti adimpleat eo modo , quo ipse promisit , tradendo rei valorem , vel interesse : unde fit , quod licet hæreditario jure , in quo defunctum repræsentat , rem vendicare nequeat , tamen quando jure proprio agit , non impeditur , quia potest rem habere jure particulari , seu singulari , & tanquam hæres fidejussoris rei interesse exolvere , ne in duriorem causam , quam defunctus , maneat obligatus , sic ampliata regula l. Græce §. illud ff. de fidejuss.

3. Et licet ex supradictis videtur , quod adhuc hæres fidejussoris tenebatur ad interesse ex persona defuncti , tamen in nostro casu citra dubium veniebat Actrix admittenda , quia proponebatur venditionem suis fe nullam , quia facta fuerat ab uxorio sine uxoris consensu contra prohibitionem Ordin. lib. 4. tit. 48. ex quo fidejussoria obligatio corruerat

DECISIO LXIV:

307

bat ex d. Ordin. §. i. ibi: Posto que para
firmeza da venda, ou alheamento de fiado-
res, ou penhores, ou prometa algua pena, tu-

do será nenhum, & de nenhum vigor. At-
que ex his sententiam revocavimus:
Scriba Georgio Fernandez.

SUMMARIA.



*Tertio licet appellare
à sententia inter a-
lios lata.*

*Quod ampliatur, e-
tiam si condemnatus*

appellare nolit. ibi.

*Tertio licet appellare etiam post
tres conformes. ibi.*

*Amplia etiam si sciverit sententias
primas latas fuisse. ibi.*

*In tertij appellatione non habet lo-
cum Clem. de re judic. ibi.*

2 *Tertius tunc non admittitur ad
appellantum, quando causa gesta
est cum contradicente legitimo. ibi.*

*Sententia in maioratu nocet se-
quentibus, quando causa mota fuit
cum eo ad quem spectabat defen-
sio. ibi.*

*Sententia non nocet fratri in cau-
sa nobilitatis.*

*Fallit, nisi causa talis esset, quæ ad
seniorem spectaret. ibi.*

*Ut sententia noceat tacenti, debet,
qui tacet, posse prohibere. ibi.*

3 *Tertius non simpliciter admitti-
tur ad appellantum, sed proposita
causa.*

*Insuper requiritur causæ semiple-
na probatio. ibi.*

*Sic tertius, qui se executioni op-
ponit, debet suam possessionem sal-
tem semiplene probare.*

Interpretatur cap. cum super de re

judic. ibi.

*Qui tertium admittit ad appellan-
dum, statim debet supersedere in
executione. ibi.*

*Post appellationem à tertio ad-
missam gesta revocantur remedio
attentatorum. ibi.*

*Distinctio Bartoli ponderatur.
Interpretata Ordin. lib. 3. tit. 86.
§. 17.*

*Illa Ordinatio procedit, si in re pen-
ita in libello fit executio.*

4 *Quando appellantum est in causa
debiti personalis, supersedere sta-
tim debet.*

*Per receptionem appellationis ju-
dex suam jurisdictionem in supe-
riores transfert. ibi.*

*Revocatio attentatorum debet fieri
per judices, ad quos interponitur
appellatio. ibi.*

*Interpretatur cap. non solum de
appell. lib. 6.*

*Interpretat. Ordin. lib. 3. tit. 78.
§. 2. ibi.*

*Per attentata à judice inferiori
fit injuria judici superiori. ibi.*

*Denegata appellatione tertio, qui
pro suo interesse appellat, non con-
demnatur judex in expensis, qui
eam denegavit.*

*Interpretata Ordin. lib. 3. tit. 70.
§. 7.*

DECISIO LXV.

DECISIO LXV.

An quando tertius appellat à sententia inter alios lata, & post appellationem receptam in executione sententiae proceditur, debeant gesta tanquam attentata revocari? Ad Ordin. lib. 3. tit. 73. & lib. 3. tit. 81. & tit. 86. §. 17.



Oannes d'Agniar Eborenensis civitatis sententiam obtinuerat contra quendam debitorem: cumque ad executionem deventum esset, Eduardus Galvão illa pendente appellavit, qua appellatione non obstante Praeses ad executionem processit, à quo supplicarunt partes allegantes Ordinationem lib. 3. tit. 73. petentes insuper, ut omnia, quæ facta fuerant in præjudicium suæ appellationis, in pristinum statum reponerentur: de duobus in hoc gravamine controvertebatur: primum, An tertius appellare potuisset à sententia lata contra alium? Deinde, an supposito quod admissus fuit ad appellandum, quæ contra ejus appellationem gesta fuerunt, debuissent revocari?

I. Et quoad primum indubitati juris est, tertio licere appellare à sententia, quando sua intersit, l. à sententia ff. de appell. l. i. ff. de appell. recipiéd. cap. non solent 2. quæst. 6. text. in l. si per lusorio in princip. ff. de appell. & relation. text. in cap. cum super de re judic. ubi Abb. num. 13. Anton. 12. Imola 5. Ordin. lib. 3. tit. 81. in princip. quod accipi debet, etiam si Reus appellare nolit, d. l. à sententia, vers. idem, ubi Bart. ff. de appell. Felin. num. 11. in d. cap. cum super, Ias. in l. à Divo Pio §. si super rebus num. 16. ff. de re judic. Ordin. d. tit. 81. §. 1. ibi: *Ainda que este devedor condenado não appellaſſe: unde licebit tertio appellare etiam post tres conformes, à quibus principalis appellare jam non potest, cap. sua nobis appell. & cap. ne liceat in una causa, &c. ex Abb. in d. cap. cum super num. 26. Felin. 11. com-*

munis ex Covarr. practic. cap. 15. num. 8. & licet aliqui requirant, quod tertius ignoraverit primam, & secundam sententiam latam fuisse, ut admittatur ad appellandum à tertia: tamen verius est, quod etiam si sciverit, potest appellare à sententia ultima, quia quod sciverit, tantum abesse poterit, quando sententia de jure nocere posset appellanti, juxta terminos l. sæpe ff. de re judic. vers. sed scientibus: quando vero non nocet, nec pariter nocebit notitia, & appellatio, admittenda est ex Covarr. ubi supra num. 9. Sicut alias in hujusmodi tertio non habebit locum dispositio Clem. 1. de re judic. in qua cessat illius ratio, ex gloss. ibi verbo contra se, communis in d. cap. cum super, Covarr. ubi supra num. 9. Rota Bononiens. decis. 67. num. 12. Tunc enim tertius ad appellandum non admittetur, quando causa ventilata est cum eo, ad quem negotium pertinebat, quia tunc nocet sententia etiam illis, quos negotium tagit minus principaliter, quia eorum jus pendet à jure agentis, probat text. in l. ex contractu ff. de re judic. d. l. sæpe, eod. tit. l. si patroni 55. §. ult. ff. ad T rebell. quia non oportebat hos vocari l. i. vers. denuntiari ff. de yentr. inspiciend. gloss. 2. in l. de unoquoque ff. de re judic. recepta ex Tiraquell. in tractat. res inter alios in princip. vers. sed hæc communis ex Alex. in l. filiusfamilias §. Di vi num. 9. ff. de legat. 1. Pinel. in l. i. C. de bon. matern. 3. part. num. 48. vers. sed & constat: veluti quando in causa maioratus ille convenitur, qui primum locum successionis occupabat, sequens non appellabit, Pinel. d. num. 48. quia præsumitur, quod se legitime defendet, ex

Cyno

Cyno in l. 2. C. de fide instrum. Pinel. ubi supra num. 50. sequitur Valasc. de jure emphyt. quæst. 10. num. 3. Covarr. ubi supra num. 6. sic causa status nocet his, qui à principali causam habet, siveq; procedit l. ingenuum ff. de statu homin. l. 1. §. ult. ff. de liber. agnoscend. Alex. in d. l. sæpe num. 56. Covarr. practic. cap. 13. num. 4. vers. 2. Tiraquel. de nobilit. cap. 37. à princip. & in d. tractat. res inter alios limit. 18. Decius cons. 342. Non tamen nocebit fratri sententia in causa nobilitatis, nec alijs, qui jus æque pertendunt, nisi quando materia talis es- set, quæ ad seniorem spectaret, ut suc- cessio maioratus, Tiraq. d. cap. 37. num. 7. Otalora de nobilit. 2. part. 3. princip. cap. 8. à num. 5. siveque debet exponi text. in l. sæpe ff. de re judic. dum docet sententiam nocere tertio, qui passus est causam agitari, cum ad illum causa principaliter pertineret, quia tunc vi- detur consentire, ut ille negotium in judicium deducat, gloss. recepta in l. Caius 39. ff. de pignorat. act. & pariter illi appellatio interdicetur. Sed hoc ita accipi debet, ut procedat, quando ille, qui patitur alium agere, causam ab illo habet, & ita si agatur de jure habitu ex persona agentis, ut probatur in exé- plis d. l. sæpe, & in vers. is vero, ibi: *De jure quod ex persona, &c.* Covarr. pract. cap. 17. num. 7. requiritenim d. l. sæpe, ut sententia noceat, quo tacens potuissit agentem prohibere, ne agat: quæ prohibitio tunc datur, quando sciens ab eo causam habet, veluti quia de evictio- ne tenetur, l. vendicatēm ff. de eviction. Unde ille textus non duos casus habet, ut expendit Abb. num. 9. in cap. penult. de re judic. Alex. in d. l. sæpe n. 20 sed unum tantum exprimit cum Covarr. ubi supra, quando scilicet quis pa- titur alium agere, à quo causam habet, cum ad iste principaliter pertineat, vel actio, vel defensio, licet inter actionem, & idem defensionem diversum jus constituant Robert. lib. 1. sentent. cap. 20.

2 Illud tamen observandum est, quod non simpliciter tertius ad appelle-

landum admittitur, sed proposita cau- sa, ob quam sua intersit, audiri, sic limi- tata l. 2. & 3. ff. de appell. Covarr. pract. cap. 16. num. 1. text. in d. l. à sententia: nec sola sufficit causæ expressio, sed requiritur illius saltem semiplena pro- batio, cap. veniens 38. de testib., ubi Felin. num. 13. & in d. cap. cum super num. 16. Vantius de nullitat. tit. quis possit dicere, à num. 21. Cuman. in d. l. à sententia num. 1. Surdus cons. 181. n. 23. Gerardus singul. 274. ad imaginem illius, qui tanquam tertius se executio- ni opponit, ut illam impedit, juxta Ordin. lib. 3. tit. 86. §. 17. Valasc. cons. 55. num. 1. Barbosa in l. si alienam ff. so- lut. matrimon. num. 19. Pechius de jure sistendi cap. 11. in fin. & probatur ex text. in d. cap. cum super ibi constitu- rit, quem sic exponit gloss. 2. & ibi Abb. n. 7. Imol. 5. Anton. 10.

3 Quibus suppositis non consta- bat ex actis, an Præses præhabita dicta justificatione causæ supplicantem ad appellandum admississet: verum quia de eo pars non conquerebatur, suc- cessit secundum dubium, an scilicet sup- posita dicta admissione debuisset Præ- ses supersedere in executione senten- tiæ, ita ut ab eo postea contra appella- tionem gesta essent revocanda? Et in hoc distinguendum est cum Bart. in l. à Divo Pio §. si super rebus ff. de re ju- dic. num. 3. quod sine dubio supersede- tur, quando rei possessio vacat, vel ab appellante possidetur, ex Ias. ibi num. 16. Covarr. d. cap. 16. num. 2. Dueñas reg. 274. cap. veniens 38. de testib. quā- do autem ab alio possidetur, tunc non retardatur executio, sed præstatur cau- tio possessori, ut servetur indemnitas, l. is à quo ff. de rei vendicat. Covarr. ubi supra, vers. his tandem, l. penult. ff. de pe- tit. hæred. si tertius doceat sua interesse, ne res à tertio auferatur, Covarr. d. n. 3. Ias. ubi supra num. 18. Si vero agitur de summa, & quantitate, tertio appelle- lante, differtur executio d. §. si super re- bus, quia cœ jure illius achuc non est cognitū, nec aliud probat Ordin. d. §. 17.

quia procedit, quando fit executio in re petita, patet ibi : *Em que se peça, &c.* quæ nec vacat, nec possidetur à tertio se opponente, tunc enim facienda est executio præstata cautione : sicque debet exponi Ordin. Regia d. loco, quam sati confusè explicat Barbosa ubi supra d. num. 19. & seqq. & ad hoc debent reduci, quæ Cabed. arest. 66. 1. part. & Valasc. cons. 55.

4 Unde cum in præsenti ageretur de debitibus ex personali actione petitis, ubi primum appellatio recepta fuit, statim debuit supersederi, quia recipiendo appellationem, etiamsi injustum, & frivolum, & non servato juris ordine, quia prius coram eo debuit probari interesse appellantis, tamen per receptionem appellationis judex in superiores jurisdictionem transtulit, notant DD. in cap. cum de appellatio-nibus, de appell. in 6. gloss. in cap. non solum eod. tit. gloss. & DD. in cap. signi-ficaverunt de testib. Bart. num. 5. in l. ejus qui ff. de appell. recip. Felin. num. 14. in cap. qualiter 1. de accusat. Go-mes de delict. cap. 13. num. 32. Maranta 6. part. cap. de appell. num. 198. Ro-land. cons. 77. lib. 2. Gama decis. 300. Nec aliam cognitionem retinet, nisi illam, quæ ad faciliorem appellationis expeditionem spectat, gloss. in cap. 2. verbo distictius de matrimonio con-tracto cap. 1. de appell. lib. 6. vers. post, Octavianus lib. 4. cap. 4. à num. 3. gloss. in cap. non solum de appell. in 6. verbo quidquid; sicque procedit text. in cap. cum teneamur de appell. Atque ex his sanxit Senatus omnia gesta post receptam appellationem reponenda, tanquam attentata: nec obstat, quod revocatio attentatorum debet fieri per judices, ad quos defertur appellatio, qui per talem innovationem offendun-tur, & non per alios d. cap. non solum in fine de appell. in 6. ibi: *Per eundem: l. fi-*

cujus ff. de appell. recip. ibi: *Eum adiri oportet: cap. solicitudinem 54. ibi: Nam ad officium, &c. de appell. Bart. num. 4. in l. 1. ff. nihil novari, Decius communem dicit in cap. cum teneamur de appell. num. 5. Mandos. 14. form. commis. verbo eisdem, Octavian. lib. 8. cap. 4. num. 8. Hercul. de attentat. cap. 12. num. 8. Or-din. lib. 3. tit. 73. ibi: *Iuizes da alçada: & tit. 78. §. 2. Será pelos Iuizes da appella-ção tornado, & restituído, &c.* Unde vi-debatur, quod hæc attentatarum revo-catio pertinebat ad judices appellatio-nis. Verum licet de jure communi per judicem, ad quem attentata revocari debeant, cui injuria per inferiorem irrogata fuit; tamen de jure Regio aliud remedium clericus competit, quod est gravaminis, seu supplicationis à non servata lege Regia, de quo agit Ordin. lib. 3. tit. 20. §. 46. quo parti succurri potest: vel quando judex recepta appel-latione in executione procedit contra Ordin. d. tit. 73. vel quando appellatio-nem justam repellit; nam & hoc ulti-mo casu supplicari potest ex Ordin. lib. 3. tit. 69. §. 7. & lib. 1. tit. 6. §. 20. & lib. 3. tit. 70. §. 7. imò & judex denegans parti appellationem, condemnatur in dupli-catis expensis. Et hic est casus, in quo non est necessaria clausula justificati-va Cabed. decis. 39. num. fin. Licet mi-hi videatur, quod denegata appellatio-ne tertio, qui pro suo interesse appel-lat, non possit judex in expensis con-demnari, nec habeat locum d. Ordin. tit. 70. §. 7. quia illa agit de negatione appellationis alteri ex partibus litigan-tibus; quando vero tertio denegatur appellatio, est quædam pronuntiatio, qua declaratur non esse partem, nec da-ri interesse, pro quo admitti valeat, quod non est denegare appellationem parti, sed ut talem eum non admittere.*

Ex his provisum fuit supplicant:
Scriba Chaves.

SUM-

DECISIO LXV:

31

SUMMARIA.

I Ententia partitionū, etiam si partes consentiant in eam, retractari potest respectu errorum.

2 Contrarium verius.

Explicata Ordin. lib. 4. tit. 13. §. 9.

Læsioni ultra dimidiam renuntiari potest. ibi.

Generalis renuntiatio non excludit remedium legis secundæ. ibi.

De jure Regio renuntiatio læsionis non valebit, nec confirmabitur juramento. ibi.

Leges Regiæ nostrum sunt jus cō-

mune. ibi.

3 Pactum, quo contentum est de la-
sione toleranda, non valet.

Sententia tamen, in qua læsiones dantur, si approbetur, valet illa re-
nuntiatio, quia habet fomentum à
lege. ibi.

Interpretata Ordin. lib. 4. tit. 96.
§. 19.

Multum interest, an appellari pos-
sit, vel coram eodem judice de la-
sionibus agere. ibi.

In appellatione reponitur qualis-
cumque error, per impedimenta ve-
ro non nisi in sexca parte. ibi.

DECISIO LXV.

An appellari possit à sententia partitionum, et si appellans sententiae acquiecerit?

Ad Ordin. lib. 3. tit. 70. in princip. & lib. 4. tit. 13. §. 9.

A Lvarus Rodriguez, &
Dionysius Fernandez
oppidi de Cascaes cum
bona cuiusdam defun-
cti dividerent, in qui-
bus hæredes extiterant,
partitionem factam judex sententia
confirmavit: cui uterque ex litiganti-
bus acquievit, suamque sententiam ex-
traxit, & possessionem suæ partis ap-
prehendit: elapsis aliquibus mensibus,
dictus Dionysius re maturius pensata
ab illa sententia appellandum duxit,
& à Principe impetravit, ut appellate
posset, non obstante, quod tempus elap-
sum esset: fuit ei concessum; applica-
vit: cui à parte adversa objiciebat, quod illud regium diploma vitio sub-
ceptionis laborabat, cum Principi non

expressisset, se sententiam extraxisse, il-
lique consensisse, ita ut in rem judicatam
transierit.

I Inter alia, quæ movebantur in
processu, illud dubium incidit: An sen-
tentia partitionum transeat, quoad
partes, in rem judicatam? Et videbatur
de jure Regio semper à partitionum
sententia appellari posse, licet partes
eam approbassent, & extraxissent; quia
cum in partitionibus bona fides exu-
beret, & partitiones ideo fiant, ut inter
liberos servetur æqualitas I. ut liberis
C. de collat. Valasc. de partition. cap.
12. num. 22. quoties partes petant, ut
errores reponantur, admittendæ sunt:
renuntiare namque de jure Regio læ-
sionibus non licet expresse per pactum
ex Ordin. lib. 4. tit. 13. §. 9. Ergo non ta-
cite

cite consentiendo appellationi , quia in effectu sententiæ acquiescere, est læsioni tacite renuntiare : quo fundamento motus Valasc.de partition. cap.40.num.11. affirmat sic in hoc Regno judicandum , & confirmatur ex Ordin. lib. 4. tit. 96.

§. 19.

2 Verum ejus autoritate non obstante Regium diploma subreptitum pronuntiavimus , quod sententia in rem judicatam transierit , nec potuerit ab ea appellari, quod si esset Principi expressum , licentia ad appellandum minime concederet ; de quo supra late decis. 60. Nec obstat Ordin.lib.4.tit. 13. §. 1. ibi : *E postio que as partes renunciem o beneficio de sta ley , &c.* quia illa Ordinatio prohibet , ne pactum , quo læsioni renuntiatum est, valeat, quia contra bonos mores est, ut læsioni ultra dimidiam renuntiari possit : & licet attento jure communi aliter dicendum fore, quia huic læsioni per verba clara renuntiari potest, ex Pinel. 3. part.1.2.cap.1.n.2. licet generalis renuntiatio non excludat remedium d. 1.2. ex text. in l. fin. §. item quæsumum ff. condic. indeb. adeò ut juramento penitus hoc remedium cesseret , quia non contra leges est , sed præter illas, dum jurans suo juri renuntiat : tamen de jure Regio nec valebit renuntiatio clara, & expressa , nec juramento confirmabitur , quia fit contra legem Regiam expresse id vetantem , & succedit reg. l. non dubium C.de legib. Leges enim Regiae nostrum jus commune constituunt ex his , quæ Gamma decis. 314. num.6. Cabed. decis. 106. num.9.

3 Unde cum dicta lex Regia procedat in suo casu, quo per pactum emptor venditorem inducit , ut renuntiet remedio illius legis , illud tanquam à pietate Christiana alienum exterminat ; quia eo casu directo , & principaliter læsio remittitur : non vero procedit , quando læsio tacite ex alio actu jure

approbat sequitur ; quia illud , quod principaliter agitur, attendi debet , non vero quod in consequentiam venit: quare cum à lege transacto decendio ad appellandum sententiæ accipient auctoritatem rei judicatæ , quæ amplius convelli nequit, l. post rem judicatam ff. de re judic. l. post sententiam C. de sententijs, & interlocut. l. 1. C. si adversus rem judicatam, Menoch. de recuper. remed. 3. num. 190. Maranta de ordine judic. 3. part.6. princ. num. 129. Inde fit, quod quando sententia rei judicatæ accipit auctoritatem , solum bonum publicum attenditur , ut lites præscindantur l. terminato C. de fructib. & litium expens. licet per accidens sit, ut pars adversa læsa sit.

Nec aliud probat Ordin. lib.4. tit. 96. §. 19. ubi post finitas partitiones, & sententia vallatas admittit partes , ut agere possint ad supplementum læsionum, quæ in sexta parte portionis convergent , explicat Válaſc. de partition. cap.39. num.8. & 17. & cap.9. num.45. & cap.10. num.10. & cap.40. num. 6. Ubi dicit, quod hæc Ordinatio procedit jam lata sententia. Quia illa Ordinatio indulget post sententiam partibus , ut de illis læsionibus in sexta parte reparandis coram eodem judice agant , non vero, ut appellare valeant; multum enim interest , uno , an altero medio utiliceat: nam si coram eodem judice agitur, non minor læsio, quam in sexta parte reparari potest , ut habetur in d. §. 19. & lib. 3. tit. 17. §. 5. at vero per appellationem ad superiorem potest , & debet reparari etiam minimus error. Valasc.d. cap.39. n. 13.

Atque ex his denegavimus appellationem habitis pro probatis partis adversæ impedimentis, reprobata opinione Valasci, alias Iurisconsultissimi , sed aliquando bonus dormitat Homerus : Scriba Gouvea.

SUM.

SUMMARIA.



I Endito annuo reditum cum hypotheca solum resultat obligatio personalis.

Opinio Covarruviae in materia. ibi.

Ex censu realis obligatio resultat, quæ sequitur possessorem. ibi.

Conventus hypothecaria regulariter opponit excussionem faciēdam in principali. ibi.

Possessor prædij affecti onere reali recte conveniri potest. ibi.

Hypotheca in hac materia transit in jus reale, & quomodo. ibi.

2 Si primus venditor rem censualem detineat apud se, nec solvat, recte ipse, vel is, in quem res translata est, conveniri potest pro censu.

Si agatur pro tempore ; quo res fuit apud sequentem, nullo modo primus venditor conveniri potest. ibi.

Fallit, nisi res evincatur. ibi.

Respectu evictionis primus ejusq; hæredes perpetuo manent obligati. ibi.

3 Possessor non dicitur colonus partarius, ut conveniri possit pro censu.

Si jam locatori solvit, conveniri non potest. ibi.

Antequam solvat potest in fructibus fieri sequestratio pro securitate censu. ibi.

Nec eo casu plus capi potest, quam pertineret ad socium debitorem. ibi.

DECISIO LXVI.

An contra venditorem census, & ejus hæredes detur actio personalis, ut electio sit emptori vel ipsum, vel possessorem rei convenire? Ad Ordin: lib. 4. tit. 3.



Gnes Godinha, ejusque filius Martinus Vaz Freire ex oppido de Cabeça de Vide agebant contra hæredes cujusdam venditoris certi census sibi venditi super certo fundo, quem à retro annis possidebat alter qui ab eodem primo veditore causam habebat, qui cum esset forsitan difficultioris exactioris, contra venditoris hæredes neglecto possessore actores litem movebant pro decursis redditibus:

judex Reum absolvit; cuius sententiam Senatus approbavit.

I Licet enim vendito annuo reditum cum rei hypotheca videatur solum inesse obligatio personalis cum hypotheca, quæ personali actioni accedit, nec ipsius naturam immutet, ut diximus supra, adeo ut Covarr. lib. 3. resolut. cap. 7. n. 6. senserit, quod hoc casu contra venditore agi posset, licet res obligationi supposita apud tertium esset, in vers. hinc etiam deducitur, sequitur Felician. 2. part. lib. 3. cap. 4. n. 7. vers. quinto infert. Guttierr. in praet. lib. 2. quæst. 177. Nihilominus illius viri, alias doctissimi, opinio falsa est, nam ex censu jus reale resultat, quod rem ipsam com-

committatur, ad quoscunque transeat possessores, explicat Valasc. de jure emphyt. quæst. 32. num. 14. nec contra primum venditorem aliqua cōpetit actio; nam licet possessor conventus hypothecaria regulariter possit opponere exceptionem excussionis in principali faciendæ, Auth. hoc si debitor C. de pignor. Auth. sed hodie C. de action. & obligation. l. 14. tit. 15. part. 5. Tamen possessor prædij reali onere affecti recte convenitur, non præhabita aliqua excusione, quia illa hypotheca non sustinetur in puris terminis hypothecæ, sed ex mente partium transit in jus reale, l. 2. ff. de alim. & cibar. leg. l. si creditor §. fin. ff. de distract. pign. & in hunc sensum debent exponi Guido quæst. 42. & quæst. 576. Cassan. in consuetud. Burgund. rubr. 11. §. 6. num. 2. & rubr. 5. §. 2. n. 33. cum Valasc. d. n. 14. Gutierr. pract. lib. 2. q. 167. n. 4. Azeved. l. 1. tit. 15. lib. 5. Novæ Compil.

2 Aliquis tamen est casus, in quo primus venditor recte conveniri potest, veluti si primus venditor aliquibus annis rem censualem detineat, nec solvat, non impeditur emptor, vel ipsum, & ejus hæredes, vel possessorem conveniri. Et in hunc sensum debent accipi, quæ Covarruv. & Felicianus ubi supra affirmant, dum existimant venditorem conveniri posse: si vero agatur pro tempore, quo res censualis apud tertium residet, tunc nullo modo contra primum venditorem agi possit, nisi si forte res evincatur; quia respectu evictionis ipse, ejusque hæredes perpetuo manent obnoxij, Cabed. diversorum juris argum. cap. 14. num. 13. Valasc. d. num. 14. prosequitur Molin. de contractib. tract. 2. disput. 383. vers. constat deinde: atque ex his sententiam duximus confirmandam Reo absulito. Idem placuit in alio processu de Marcos Lopes Henriques contra Catharinam da Veiga, Scriba Dominico de Basto, in quo judicavimus D. Fon-

seca, D. de Brito, & ego 18. Februarij 1618.

3 Admonere tamen non displacebit, quod hoc casu non dicitur possessor colonus partiarius, cui possesio, seu hæreditas colenda traditur; contra hūc enim non agitur ex censu retro debito, nec illius anni, quo coluit, si jam locatori domino solvit; poterit tamen fieri fructuum sequestratio, ut pro parte, quæ domino acquiritur, census solvatur: utriusque assertionis ratio est: quia in primo casu colonus non possidet, l. colonus ff. de vi, Ordin. lib. 3. tit. 45. §. 10. & conductori sufficit, ut liberetur, quod solverit ei, à quo prædium conduxit l. si urbana prædia ff. de condit. indebit. Unde licet prædia ipsa pro censu convenientantur l. Imperatores ff. de publican. tamen illud procedit respectu portionis domini, ut ex fructibus ipsi debitibus onera præteriti temporis solvantur; non vero ex labore conductoris, qui ea lege ingressus est, ut dividios lucraretur fructus. Unde solum pendentibus fructibus poterit fieri sequestratio, ut pro securitate redditum debitorum retineantur, ne ad potestatem debitoris deveniant, ne fiat frumentum dilapidatio: & succedunt quæ per Doctores in cap. 2. de sequestration. possess. & fruct. Speculator. in tit. de sequestrat. n. 6. Bald. in l. si fidejussor num. 2. ff. qui satid. cogantur, & in l. Imperatores §. fin. ff. de appell. Alex. conf. 163. num. 1. vol. 6. Capella Tholos. decis. 476. Parisius conf. 41. num. 4. volum. 1. Sagun Villasante in d. cap. 2. n. 26. & 27. Nata conf. 584. Menoch. de arbitr. casu 87. ad quod conductit l. fin. ff. de lege commissor. l. hæres 20. in fine ff. ad Trebell. Bart. in l. non solum §. morte ff. de novi oper. nuntiat. num. 34. Iaf. 28. Bolognet. 100. Baldus in cap. fin. de sequestrat. poss. & fruct. Felin. in cap. cum M. de constitut. num. 40. Ripa 62. Soares l. post rem, veri. quarto utrum in fine ff. de re judicata.

SUMMARIA.



- 1 N donatio tertiae valeat, & quando. Donatio tertiae libera-
ram testandi facul-
tatem aufert. ibi.
Donata tertia nulla bona super-
sunt. ibi.
Quod obtinet, etiamsi favore do-
tis, & causæ piaæ fiat donatio. ibi.
- 2 Confutatur opinio Valasci.
De jure communi donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum valet mero jure. ibi.
Donatio hæc juramento confirma-
tur. ibi.
Opinio Bartoli contraria confuta-
ta. ibi.
Valet hæc donatio in favorem piaæ
causæ. ibi.
Ecclesia utitur jure communi in
his, in quibus privilegiata non repe-
ritur. ibi.
De jure Civili adimi potest testan-
di facultas, nec pactum dicitur bo-
nis moribus contrarium. ibi.
Veluti in eo, quise in alterius ado-
ptionem dedit. ibi.
Non omnis actus, per quem tolli-
tur testandi facultas, est improba-
tus. ibi.
Solum ille actus est reprobatus,
per quem interposita stipulationem, vel
pæna tollitur testandi facul-

- tas. ibi.
Interpretata. stipulatio hoc modo
concepta. ibi.
Prohibitum est adimere alij fa-
cultatem testandi, non vero sibi.
ibi.
Qui omnia sua bona donavit, ad-
huc potest casu habere, unde te-
stetur.
Testandi libertas non pendet à bo-
nis.
Interpretata l. hæreditatis ff. de
verbis signific.
Adimi libertatem testandi per
actus licitos, & bonos non est contra
bonos mores. ibi.
3 Nostra lex Regia nostrum jus com-
mune est.
Ordinatio Regia non impugnavit
donationem bonorum. ibi.
Donatio ob causam dotis, vel alias
non est dubium valere. ibi.
4 Donatio tertiae sine dubio valet;
quando ex causa dotis fiat.
Explicatur Ordin. lib. 4. tit. 97.
§. 4.
Alege Regia comprobatur donatio
tertiæ. ibi.
Donatio tertiae causa dotis illud
habet peculiare, quod competit do-
natario electio, vel dotis tempore,
vel mortis donantis.

DECISIO LXVII.

An donatio tertiae sit valida facta à parente, qui filio habet, quibus debetur legitima? Ad Ordin.lib.4.tit.70.§.3.

I  Um quædam Catharina Moutosa dote constituisset Emmanueli Roíz Conde, Villæ de Estremoz, quando illi in matrimonium copulavit nepotem, illis tertiam partem bonorum suorum, quæ tempore mortis extarent, in dotem assignavit. Postea mutato consilio, filio Emmanueli Gonçalez, ejusque uxori omnia bona sua testamento reliquit: à quibus cum donatarius tertiam bonorum partem sibi in dotem à defuncta promissam peteret, ipsi arguebant dictam donationem validam minime extitisse, eo quod erat donatio omnium bonorum: nam cum legitima filiis esset debita, quæ duas bonorum partes exhaerit, si tertiae insimul donatio admitteretur, maneret donans intestabilis, liberaque facultas testandi sublata esset, & succederet doctrina Bartol. in I. stipulatio hoc modo concepta ff. de verborum obligation. & in I. fin. C. de pact. numer. 11. plures congerit Dueñ. reg. 219. Covarr. in rubr. de testam. 2. part. num. 3. & lib. 3. resol. cap. 22. Clarus verbo donatio, quæst. 19. Gama decis. 386. Ordin.lib.4.tit.70.§. 3. idem decis. 206. num. 4. & in specie agens de tertia in dotem data filio Valasc. de partition. cap. 20. num. 4. Ubi tenet, quod talis donatio non valet, quia liberum testandi facultatem aufert, cum legitima in hoc Regno duas partes bonorum parentis auferat, ex Ordin.lib. 4. tit. 82. Unde donata tertia nulla bona supersunt, quod obtinet etiamsi favore dotis, vel causæ piæ fiat donatio, ex Gomes l. 17. Taur. num. 10. & l. 22. num. 26. Valasc. d. cap. 20. num. 6. & seqq.

2 Verum prædictis non obstanti-

bus, mihi videbatur nullo modo sequendam esse opinionem Valasci: nam si ad jus commune attendimus, donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum valet mero jure, & ideo juramento confirmari potest, ex Abbate, Décio, & alijs, quos refert, & sequitur Covarr. in rubr. de testam. 2. part. num. 5. Menchac. de succession. creation. §. 18. num. 167. Gutierrez. de juram. confirmat. 1. part. cap. 11. numer. 11. Tametsi Bartolus receptus communiter contendat non valere juramentum: cujus opinio aperte confunditur, quia hæc donatio in favorem piæ causæ valet, ut ex mente omnium est in Auth. ingressi C. sacros. eccl. idem Bart. receptus in l. ult. C. de pact. numer. 13. communem dicit Decius in cap. in præsentia de probat. num. 3. Covarr. ubi supra num. 6. Dueñ. ubi supra limit. 1. Clarus ubi supra quæst. 20. num. 4. Gomes l. 69. Tauri num. 2. constat autem ecclesiam uti jure communi in his, in quibus privilegiata non reperitur, prout in præsenti. Deinde, quia de jure Civili sæpe admittur testandi facultas, nec tale pactum dicitur bonis moribus contrarium: prout in eo, qui se in alterius adoptionem dedit, qui efficitur filius familias, dum in potestate parentis adoptivi est, nec testari potest, ex reg. l. filius familias ff. de testam. §. non tamen Institut. quibus modis testam. infirm. Ex quibus pater non omnem actum, per quem libera facultas testandi adimitur, esse reprobatum, sed illum solum, per quem quis per stipulationem, vel pænae appositionem talem facultatem alij adimit direkte: sicque procedit text. in d. l. stipulatio hoc modo concepta, ubi de eo agit, qui pæna apposita hæreditatem alienam aucupabat, ibi: *S: hæredem me non*

DECISIO LXVII.

317

non feceris tantum dare spondes, &c. Quod pactum ideo improbabatur, quia directo adimebat factionem testamenti; quod quidem aliter se habet in donatione, qua non ab alio facultatem testandi quis aufert, sed a se ipso, non directo, sed in consequentiam, ex eo quod donavit, non pœnae appositione, sed libera voluntate: atque ideo contrarium tenent Dynus in reg. quod semel ad fin. lib. 6. Bald. & Salycet, in d. l. ultim. ubi Alciat. Angel. & Roman. ut per Alex. num. 6. in d. l. stipulatio, ubi Crotus à num. 55. facit regula textus in l. 2. ff. si quis à parente, l. omnes §. Lucius ff. quæ in fraud. creditorum, l. ult. C. quæ res pignori, defendit Alciat. in d. l. ultim. num. 70. afferens contrariam defendi non posse, & ibi Curtius Iun. n. 51. Coras. lib. 6. Miscellan. cap. 17. ubi in eos, qui contrariam sequuntur, invehitur Menchac. de succession. creat. §. 18. num. 292. Cujus opinionis efficax est ratio; quia ille, qui bona sua supradicto modo donavit, adhuc casus occurtere potest, ut bona habeat, de quibus testari possit, ut in terminis l. si is qui solvendo ff. de hæred. instit. plures casus congerit Alciat. ubi supra, apud quem videri possunt. Deinde, quia testandi facultas non pendet à bonis, argum. l. hæreditatis 119. ff. de verbis. signif. l. hæreditas 53. ibi: *Sine ullo corpore: ff. de petit. hæred. Valasc. de partition. cap. 1. n. 10. & 13. cap. 20. num. 10.* Nec est contra bonos mores, ut hæc libertas per actus licitos, & bonos aliquando adimi possit, ut in eo, qui ingreditur Religionem, Fortun. de ult. fin. juris. illat. 20. vers. tertius: alias enim cogeremur dicere, quod nec per contractum onerosum talis libertas adimi potest, quod tamen omnes agnoscunt, ut per Molin. lib. 2. cap. 10. num. 17.

3 Quod cum ita sit, de jure communi verius illud idem nostra lex Regia, quæ nostrum jus commune constituit, secuta fuit, d. §. 3. tit. 70. non enim

improbavit donationem omnium bonorum præsentium, & futurorum, sed promissionem omnium bonorum ap̄posita pœna: in quod Alciat. opinionem, & Menchac. amplexa est, nec in donatione loquitur, in qua sine ulla pœnae stipulatione contrahitur, ibi: *Oulhe fizesse doação entre vivos sob certa pena de todos seus bens, &c.* Quod cum ita sit cautum, nihil impedit, ut simplex donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum valeat, dummodo pœna absit; eam autem, quæ ex causa dotis, vel ob aliam causam est, nulli est dubium valere, ex l. mulier bona ff. de jur. dotium, Gomes l. 50. Taur. num. 16. Boer. decis. 353. num. 10. Molin. d. lib. 2. cap. 10. n. 17. & 18. Matienço l. 8. tit. 10. gloss. 1. n. 91. & ibi Azeved. num. 6.

4 Ex quibus in donatione tertiae sine dubio tenendum est, tales donationem sustineri, quando ex causa dotis fiat; habemus enim de eo legem expressam, ad quam miror Valascum non advertisse, lib. 4. tit. 97. §. 4. ubi expresse donatio tertiae filio facta à lege comprobatur, non solum ex causa dotis, sed ex alia causa; licet donatio habita ex causa dotis illud habeat peculiare, ut competit donatario electio, vel temporis mortis, vel donationis factæ, explicit idem Valasc. d. cap. 20. num. 26. & cap. 23. num. 25. Ubi maxime torquetur, an sit tercia quota bonorum, vel pars hæreditatis, cum tamen lex Regia lib. 4. tit. 82. illam quotam bonorum vocet, ibi: *Atenção de seus bens.*

Atque ex his Senatui placuit ex donatione tertiae factæ non tolli libertatem testandi, cum ultra quod illud non sufficiat nec attento jure communi, nec Regio, ut supra ostendi, adhuc donans potuit testari, si alij filij sine descendentiibus decederent, quibus ipsa legitima foret hæres, non impediretur enim de his rebus disponere, & testari. Scriba Correa.

DECISIO LXVIII.

SUMMARI A.



Valitati juratæ quādo standum sit.

Interpretata Ordin. lib. 4. tit. 52. ibi.

Ordinatio loquitur in juramento judiciali, & litis decisorio. ibi.

Crimen qui confitetur se admississe cum qualitate, nisi illam probet, condemnatur. ibi.

Qui fatetur cum qualitate, censetur simpliciter fateri. ibi.

2 Explicata l. 8. tit. 3. part. 3.

3 Qui fatetur se recepisse mutuum, sed dicit solvisse, probare debet.

Tunc qualitas expressa relevat, cum exprimitur extitisse eo tempore, quo prima obligatio. ibi.

In capitulis separatis unum acceptari potest, & alterū repudiari. ibi.

4 Qualitas expressa in inventario, quod solverit, excusat.

Actus cum qualitate non est idem, ac gestus sine qualitate. ibi.

5 Ordin. lib. 4. tit. 52. non excludit alios casus similes.

In juramento veritatis, quod fertur in depositione ad articulos, non creditur qualitati. ibi.

Illa Ordinatio debet restringi ad juramentum litis decisorum.

Juramentum decisorum defertur à judice ex officio. ibi.

Si detur actori, est suppletorium. ibi.

Apud nos parti suppletorium non defertur, nisi petatur, ex Ordin. d. tit. 52.

Si juramentum deferatur Reo, dicuntur purgationis. ibi.

6 Voluntarium juramentū quale sit: Necessarium non defertur, nisi tribus concurrentibus, secus in voluntario. ibi.

Necessarium non recusatur à parte; secus voluntarium. ibi.

7 Qualitas adjecta necessario juremento non separatur.

8 In eo, qui crimen fatetur, quomodo qualitas accipienda.

Si qualitati jus repugnat, vel ejus præsumptio, debet illa probari. ibi.

Satisfit argumento deducto ex l. 8. tit. 8. part. 3.

10 Capitulatunc dicuntur cōnexa, quādo unum tendit ad finem alterius.

Explicata Ord. lib. 3. tit. 65. §. 2.

11 Iudex suam interlocutoriam revocare potest.

Amplia etiam sine ulla causa, & licet jam transierit in rem judicatam. ibi.

Interlocutoria transit in rem judicatam respectu partis, non vero iudicis. ibi.

12 Etiam si pars appellebit, judec revocare potest suam interlocutoriam.

Qui sciens appellationem frivolam, illam recepit, videtur à se abdicare jurisdictionem. ibi.

Fallit, quando interlocutoria jam sit mandata executioni. ibi.

13 Interlocutoria parte petente revocari poterit, quando judec nihil minus revocaret ex officio.

DECI-

DECISIO LXVIII.

*Qualitas expressa in juramento quando sit separabilis, & quando interlocutori revocari potest ad partis instantiam? Ad Ordin.lib.3.tit.65.§.2.
& lib.4.tit.52.*



Ortuo primo conjugē Antonia Mendez inventarium confecerat, in quo juravit se à matre sua dotem recepisse, & ultra illam 100. mille nummos mutuo, addens quod statim mutuum solverat matri. Actor, qui Maximus Franco dicebatur, instabat, quod Rea statim condemnaretur in dictis 100. mille nummis: nihilominus judex tempus illi assignavit ad probandam solutionem, quam testibus non satis probavit, plura de jure allegans, quibus probare intendebat qualitatem non posse separari à juramento, & utriusque insimul standum fore: tandem judex sententiam protulit in ipsius absolutionem.

1 Ex hac hypothesi duo controveſtebantur: primum, an qualitati jura-
tæ foret standum? Secundum, an illa interlocutoria, qua judex jussit, ut solu-
tionem probasset, posset revocari, Rea
absoluta, cum tamen qualitatem, quam
probandum assumperat, non probasset?
Et quoad primum videbatur sine dubio
esse, quod qualitati juramenti standum
non sit; Ordinatio namque, quæ standū
decernit qualitati juramenti lib. 4. tit.
52. procedit in juramento judiciali, &
litis decisorio: unde cum in illo casu
speciali loquatur, non debet trahi ad
actus, qui extra judicium fiunt; sic nam-
que videmus, quod crimen qui confite-
tur se admisisse cum qualitate aliqua,
quod ad suam defensionem occiderit,
separata qualitate, condemnatur; quia
legis virtus etiam sic convictum cum
illa qualitate excusante ligat, & com-
prehendit; quia is, qui fatetur cum qua-
litate, censetur simpliciter fateri, quia
rejecta qualitate confessio quasi sim-

pliciter facta admittitur, ita ut, nisi ex-
cusatio probetur, condemnari debeat,
ex Bart.in l. Aurelius §. idem quæſijt,
ff. de liberat. legat. quatenus ibi sensit,
qualitatem defensionis separandam ef-
fe: sequuntur omnes ibi, Abb. in cap.
auditis numer. 32. de præscription. ubi
Felin. num. 30. Beroius in cap. at si cle-
rici num. 73. de judic. Bossius in tit. de
confess. num. 19. Clarus in pract. quæſt.
55. num. 15. Menchac. illustrium cap. 2.
num. 8. Simanc. de Cathol. cap. 63. num.
23. Rojas de hæret. 1. part. num. 160. Go-
mes 3. tom. cap. 3. num. 29.

2 Secundo facit pro eadem parte
1.8. tit. 3. part. 3. ubi parti imponitur ne-
cessitas probandi allegatam qualitatem,
& ea non probata jubet, ut fiat condem-
natio: quam legem tanquam juri con-
formem servat Hispania deductam ex
opinione Ioannis Andr. apud Speculat.
tit. de sententia §. species n. 6. ex Butrio
in cap. suborta de sent. & re judic. pro-
sequitur Parlador. lib. 2. rerum quotid.
cap. fin. 1. parte §. quarto num. 12.

3 Facit deinde, quod qui confite-
tur se recepisse mutuum, sed solvisse
jam, cum qualitas per illam adversati-
vam adjungatur, separanda est, ex Alex.
conf. 587. vol. 1. Cujus rei est ratio; quia
tunc qualitas adjuncta relevat, quando
exprimitur extitisse eodem tempore,
quo prima obligatio: unde cum obli-
gatio mutui diverso tempore contracta
sit, quam fuerit ipsius debiti solutio, ta-
lis qualitas repellitur, quia cum sint se-
parata capitula, unum acceptari, & alte-
rum repudiari potest ex doctrina Barto-
li in d. §. idem quæſijt, sequitur Ias. in l.
manifestæ ff. de jurejur. n. 7. Magon. de-
cif. Florent. 3. n. 33. Boer. decif. 243. com-
probat eleganter Surdus decif. 258. à n.
1. Zevallos quæſt. 362. per tot.

DECISIO LXVIII.

4 Quibus tamen non obstantibus, Senatus noster censuit confessionem Reæ in inventario factam cum illa qualitate solutionis prodesse, ne condemnetur, ex autoritate Bartoli in d. §. idem quæsijt, quæ procedit in qualitate admixta confessioni in eodem capitulo, vel etiam in diversis, dummodo connexa sint, vel fiat in continentia, prosequitur Surd. d. decis. 258. ex Alex. conf. 88. in princip. vol. 1. Purpurat. conf. 124. num. 4. Socin. conf. 57. num. 22. vol. 4. ut in eo, qui confitetur se concubuisse cum sponsa, sed animo non contrahendi matrimonium, vel per metum, Alex. conf. 80. num. 5. lib. 7. multis citatis Hipol. conf. 153. à num. 5. & conf. 136. num. 28. Roland. conf. 17. num. 21. lib. 3. Menoch. conf. 221. num. 44. Tiraquell. de retract. convention. in fin. n. 9. Craveta conf. 560. num. 3. Menoch. de arbitrar. casu 93. num. 19. Gutierrez. lib. 1. practic. quæst. 126. numer. 2. & plures, quos citat Zevallos ubi supra. Ratio est; quia quoties actui adjicitur qualitas, aut conditio, quæ tangit substantiam, sive alterando, sive minuendo, non potest appellari talis, qualis remota qualitate diceretur, l. 1. in princip. ff. de donatione.

5 Nec obstant adducta in contrarium: & in primis non obstat, quod deduximus ex Ordin. lib. 4. tit. 52. quia illa Ordinatio non excludit alios casus, in quibus de jure communi qualitas adjecta non separatur: sicut etiam illa Ordinatio non procedit etiam in omnijuramento; nam in juramento veritatis, quod à parte exigitur in depositionibus ad articulos, qualitati juratae non creditur, quia in eo solum creditur parti in his, quæ contra ipsam faciunt: unde illa Ordinatio restringi debet ad juramentum litis decisorum, quod triplex est. Primum, quod ex mutuo partium consensu defertur, ut in l. creditore ff. de jurejurando, & dicitur voluntarium, & conventionale, l. 1. l. iurandum quod ex conventione, eodem titulo: secundum, quando à solo judice

defertur absque partium consensu, & dicitur necessarium l. admonendi ff. de jurejur. Imperator in l. in bonæ fidei C. de rebus creditis, cap. ult. de jurejur. tertium, quod à parte parti in judicio judicis autoritate defertur, & hoc dicitur judiciale, de quo totus titulus ff. eod. l. actori l. delata C. de rebus creditis: colligitur hæc triplex distinctio ex gloss. 1. in d. cap. ult. cui similis in l. 1. ubi Bart. ff. eod. gloss. ad verbum nisi in l. 1. C. de rebus credit. gloss. ult. in §. item si quis postulante Instit. de action. cum quibus communiter DD. transeunt.

6 Inter alias differentias, quæ inter necessarium, & voluntarium juramentum considerant supradictæ gloss. & Bart. in d. l. admonendi num. 11. l. Stichum §. naturalis num. 2. ff. de solutione. illa est, quod necessarium non defertur, nisi tribus concurrentibus: quod adsit præsumptio pro auctore, secundum, quod non detur plena probatio, tertium, quod ille, cui defertur, habeat justam causam sciendi, quod in voluntario non requiritur, cum ex partis voluntate deferratur parti adversæ. Primum non potest à parte recusari, nec referri; quia datur ex causa justa, prout in Ordin. d. tit. 59. §. 10. voluntarium vero potest recusari, & referri l. manifestæ ff. de jurejur. exceptis aliquibus casibus, ut in actionibus famosis, in quibus jure prohibetur d. cap. ult.

7 Unde fit, quod qualitas adjecta necessario, vel judiciali juramento separari non debeat, siveque procedit d. Ordin. lib. 4. tit. 52. & lib. 3. eod. tit. & d. tit. 59. §. 10. De cuius interpretatione egimus in nostro Tractatu de Harmonia adversariorum Iuris Regij: non sic in juramento veritatis, quod datur, ut pars positionibus respondeat.

8 Non obstat deinde, quod adduximus de confessio de crimine cum qualitate, quia regula supraposita tunc habet locum, quando contra confitentem nulla adest juris præsumptio; quia illa stante transfertur in confitentem necessitas probandi qualitatem allegatam præcise

præcise: unde fit, quod qui confitetur crimen, licet videatur illud negare tali qualitate apposita, quæ in totum relevaret, prout quando dixit se occidisse in suam defensionem, quæ occasionem lictam reddit I. ut vim ff. de justitia, Clem. si furiosus de homicid. tamen ex juris præsumptione omne homicidium censetur factum malo animo, I. i. de siccari. DD. in d.l. i. §. Divus ff. eod. Unde fit, quod juris præsumptio repugnat qualitati, & merito probandi onus incubit confitenti juxta I. licet ff. de leg. i. l. si tutor petitus C. pericul. tutor. Covarr. lib. 2. resolut. cap. 6. num. 1. Et inde fit, quod confessio simpliciter recipitur, quo usque probetur qualitas; quia confessio nocere solet confitenti, non prodesse, I. publica §. ult. ff. depositi, I. de ætate §. i. ff. de interrogator. action. I. 4. C. de repud. hæred.

9 Non obstat secundo d. l. 8. tit. 3. quia apud nos non est lex similis, & noster casus tanquam omissus manet in dispositione juris communis, arg. I. commodissime ff. de liber. & posthum. I. si extraneus ff. condicet. causa data cum vulgarib.

10 Nec obstat tertium, quod qualitas per adversativam posita, seu concepta debet separari: quia respondetur ex Surdo ubi supra num. 10. Menoch. d. casu 93. num. 21. Cavalcan. decis. 16. n. 19. 2. part. quod sive in eodem capitulo, sive in diversis fiat, dummodo tamen connexa sint, sufficit; satis enim est, quod eadem sit causa, veluti quia unum tendit ad finem alterius; quia tunc dicuntur capitula connexa, cum unum propter aliud fiat: unde cum solutio ex causa debiti procedat, licet diverso tempore emanaverit, tamen admittitur, sicque explicabis Bartolum in d. §. idem quæsijt, ex Nata conf. 133. num. 6. Decis. Pedam. 39. num. 29. Roland. decis. 491. num. 3. part. 1. & conf. 69. n. 44. vol. 4.

11 In secunda quæstione non leve versabatur dubium, quia cum judex præcepisset Reo, ut solutione probasset, &

hæc interlocutoria esset¹, executioni mandata, quia ipse onus probandi suscepérat, & testes produxerat, nec tamen probasset, videbatur necessario condemnandus; in quo illud advertendum est, quod ex Ordin. lib. 3. tit. 65. §. 2. potest judex suam interlocutoriam revocare, (quæ quando sit interlocutoria consule Valasc. conf. 47. & conf. 51. num. 51. Azeved. ad l. 3. tit. 18. lib. 4. novæ Recopil. num. 7. Menoch. conf. 360. num. 1.) Quod ampliatur etiam sine ulla causa, probat I. quod jussit ff. de re judic. ibi: *Contrario Imperio*: ubi Bart. numer. 20. Alex. 37. Iaf. 49. etiamsi elapsi sint decem dies, & interlocutoria transeat in rem judicatam, cap. cum dilectus 32. de elect. cap. significaverunt 36. de testibus, Ordin. lib. 3. tit. 69. §. 4. quia illud procedit respectu partis, non vero iudicis, Ordin. tit. 65. §. 2. Bart. in d. l. quod jussit num. 11. Iaf. num. 28. Panorm. in cap. cum cessante de appell. num. 17. licet Decius ibi num. 20. aliter sentiat: & hoc invitis partibus facere potest, & à fortiori non citatis, vel ignorantibus, quia in his, in quibus ex officio proceditur, partium citatio, vel scientia necessaria non est, Alex. conf. 147. vol. 6. Decius conf. 559. num. 8. Nevisans. conf. 86. n. 7. Cephalus conf. 19. in fin. lib. 1. Roland. conf. 8. num. 30. vol. 4. Gutierr. Canonic. lib. 1. cap. 34. num. 103. Ordin. lib. 3. tit. 55. §. 9. & lib. 1. tit. 65. §. 37. & lib. 3. tit. 78. §. 5. & lib. 5. tit. 129. §. 5. Covarr. practic. cap. 17. Valasc. conf. 191. n. 38.

12 Secundo ampliatur, etiamsi pars adversa appelleat, cap. cum cessante de appell. cap. si à judice eod. lib. 6. Bart. in d. l. quod jussit, num. 12. Ordin. d. tit. 65. §. 4. Capic. decis. 1. num. 28. Nec obstat cap. cum appellationibus de appell. lib. 6. quia procedit in eo, qui sciens appellationem esse frivolam, nihilominus illam recepit: quo casu videtur à se abdicasse jurisdictionem. Supradicta tamen limitari debent, quando jam interlocutoria sit mandata executioni, quia tunc cessat revocatio, nisi partium accedat assensus, gloss. pen. in l. 1. ff. de Dd 4 prætor.

DECISIO LXVIII.

prætor. stipul. Bart. ubi supra num. 11. Ias. 10. Ripa 33. in d.l. quod jussit Menoch. de arbitrar. cas. 5 1. num. 31. Tiraq. verbo revertatur, num. 309. Aymon. cōs. 84. num. 4. quia postquam alteri est jus quæsitum, non permittitur variatio, l. nonnunquam ff. solution. Ordin. d. tit. 65. §. 3.

13 Unde in præsenti hæsitatione placuit judicem potuisse Ream absolvere virtute suæ confessionis, non separata qualitate confessionis, quia erat interlocutoria, quæ omni tempore potuit ex officio revocari. Nec obstat, quod videtur executioni mandata, dum jussum est, ut justificaret solutionem:

quia satisfit, quod illa justificatio potest fieri, vel probata speciali probatione solutionis, vel per allegationes juris, probando dictam qualitatem non esse separabilem. Quod si quis replicet in nostro casu jam fuisse à judice separatam, & jussum, ut probaretur in specie solutio: satisfit, quod fuit simplex interlocutoria, quæ ex officio omni tempore revocari potuit, etiam invitis partibus, ut supra dixi. Quinimò & interlocutoria, quam judex aliás ex officio esset revocaturus, poterit revocari, etiam ad instantiam partis, ex Ordin. lib. 5. tit. 124. §. 7. Scriba Basto.

SUMMARIA:



Vstos carceris depositario æquiparatur. Non tenetur, nisi de dolo, & lata culpa. ibi.

2 Quando causa depositi pretium recipitur, tenetur depositarius de culpa levi.

3 Carceratus semper præsumitur fuisse custodis culpa.

Culpa si magna est, dolo æquiparatur. ibi.

Damnum ex fuga parti illatum tenetur resarcire. ibi.

4 Si is, qui aufugit, capitalis criminis erat Reus, custos illi pæna subditur.

Interpretata Ordin. lib. 3. tit. 77.

§. 4:

Culpa à dolo in quibus distinguitur. ibi.

Dolus quid sit. ibi.

Quælibet causa, quæ animum fraudandi excludit, à dolo excusat. ibi. Quando lex dolum punit, excusat, qui per latam culpam abstundit. ibi.

Explicatur Ordin. d. §. 4. ibi.

5 Quando ex culpa levi carceratus evaserit, recurrendum est ad jus commune.

Ex fortuito casu Commentariensis non tenetur. ibi.

Casui fortuito tribuendum, si viro nobili credat promittenti se non fugiturum. ibi.

DECISO LXIX.

Utrum Commentariensis teneatur de culpa levi? Ad Ordin. lib. 1. tit. 33.

& lib. 1. tit. 77. §. 4.

Earem in vinculis conjecit Emmanuel Mendez de Ettremoz, cumque è carcere eva-

sisset, contra Commentariensem egit, ut damnum sua culpa datum sibi resarciset: ille se defendebat, quod cum dolus

dolus abesset, nec fuga ejus culpa, & dissidia contigisset, quia compedibus vincitum carceratum detinebat, quod ad nullam damni dati restitutionem tenebatur: maxime quia carceratus erat admodum pauper, nec habebat, unde solveret: quo casu nec ipse tenebatur Actori ob malam custodiam, nec damnum aliquod actori erat illatum ex fuga pauperis debitoris (contra quem inanis erat actio) quod resarcendum foret.

1 Objiciebatur Reo, quod licet regulariter custos carceris, qui depositario æquiparatur ex decisione Perus. 70. num. 6. solum videatur ex dolo, & lata culpa teneri posse, prout depositarius quilibet non tenetur l. contractus ff. de reg. jur. cap. 2. de deposito §. penult. Instit. quibus modis re contrah. obligat. quod ampliant etiam ad depositum necessarium, de quo in l. 1. ff. deposit. Conan. lib. 7. cap. 4. num. 11. quia etiam illud fit gratia dantis, ex Bellon. in d. §. penult. n. 9. sub quo dolo continetur etiam culpa lata, l. quod Nerva ff. deposit. ubi omnes, Decius in d.c. contractus num. 1. licet obligetur ad eam diligentiam, quam adhibet in rebus suis, d. l. quod Nerva, ubi gloss. 5. Bart. num. 4. Parif. conf. 74. num. 26. lib. 1. tradit Alex. in l. etiam §. 1. num. 3. solut. matrimon. videndus Donel. ad l. 1. C. deposit. fol. 249. & ad l. procuratorem C. mandati fol. 293. Barbos. in l. si mora à num. 35.

2 Tamen quando aliquis in vinculis detinendus traditur Commentariensi, cum pro custodia pecuniam recipiat, licet actio depositi non competit, quia non fuit gratuitum, l. 3. post princ. ff. nautæ caupon. tenetur tamen depositarius de culpa levi, Abb. & omnes in d. cap. 2. gloss. magna, & communis in d. l. contractus, & in l. 1. §. vestimenta ff. deposit. l. 5. §. 2. ff. commod. imò & de levissima, l. qui mercedem, ubi Paul. & Bart. ff. locati, explicat late Donel. lib. 6. juris Civil. cap. 7. Farinac. quæst. 32. num. 14. & 20. Boer. decis. 217.

3 Insuper quod semper præsumendum est carceratum effugisse custodis culpa, quia ille, qui tenetur ratione officij custodiam rei præstare, non liberatur, si doceat de fuga, nisi insuper doceat sine ejus culpa casum contigisse, ex gloss. in l. 12. tit. 29. part. 7. Gomes 3. tom. cap. 9. num. 11. per text. in l. fin. ff. de custod. reorum, gloss. in l. 15. tit. 8. part. 5. Peres in l. 12. tit. 14. lib. 2. Ordin. Gomes tit. de locato num. 22. Boer. decis. 216. Azeved. lib. 4. tit. 23. l. 12. n. 17. Quæ culpa, si magna sit, dolo æquiparatur, Gomes d. 3. tom. cap. 3. num. 16. vers. ita probat: pro qua puniri potest corporaliter, ut in Ordin. lib. 5. tit. 48. & tit. 77. lib. 1. §. 3. Azeved. ubi supra num. 18. Ex qua necessario sequitur, ut etiam damnum ex fuga parti illatum resarcire teneatur, ex reg. l. quoties C. de exactor. tribut. lib. 10. de quo per Gomes in §. pænales num. 49. Instit. de action. Hipol. singul. 137. Avend. respons. 22. per tot. Aviles cap. 3. Prætor. num. 15. Sicut aliæ quilibet tenetur, qui consulit debitori, ut aufugiat, ne solvat, Azeved. ubi supra num. 22. licet qui fugientem recipiat, & occultet, non teneatur, ut per eundem ibi.

4 Unde, quia circa carcerum custodes aliqui casus considerari solent de jure Regio, & communi, quod attinet ad nostrum propositum, de tribus casibus agam: Primus fit, quando ex dolo, & lata culpa custodis carceratus aufugit: secundus, quando ex levi, vel levissima culpa: tertius, quando casu fortuito. Et quoad primum, quando ex malitia, vel manifesta culpa custodis carceratus excessit, si ex capitali criminis detinebatur, capitali etiam pæna custos plectitur, ex Ordin. lib. 1. tit. 77. §. 3. aliæ pæna verborum Azeved. d. n. 18. citato Puteo verbo carcer cap. 3. num. 6. & Maranta de ordin. judic. distinet. 1. num. 64. Clarus in pract. §. fin. quæst. 68. quam pænam etiam quilibet ab eo substitutus subibit, Ordin. d. tit. 77. §. 4. & in simili lib. 5. tit. 6. §. 2. & lib. 1. tit. 96. §. 1. & tit. 99. §. 1. & tit. 19. §. 5. Farinac. quærit.

quæst. 32. n. 49. In hoc tamen est sedulo advertendum, quod hæc duo, quod fuga, dolo, vel culpa contigerit, non sunt ita accipienda, ut parificentur, licet in Ordin. d. tit. 77. §. 4. videantur hæc duo esse æqualia; nam culpa à dolo in eo specifice distinguitur, quod illa ignoratiæ, seu negligentiæ tribuitur, ille vero malitiæ, §. præterea Instit. quibus modis re, ibi: *Culpæ*: Leriott. de jur. apicib. tit. de reg. jur. axiom. 137. text. in l. latæ culpæ 123. ff. de verbis. signif. Conanc. lib. 7. comment. cap. 4. num. 7. dolus autem est calliditas, seu fallacia ad decipiendum l. i. §. dolum ff. dedolo, Decian. in tract. criminal. 1. tom. lib. 1. cap. 4. Barbosa in præludijs l. si mora num. 1. & 3. ff. solut. matrimon. Unde sit, quod quælibet causa, sive justa, sive injusta, quæ animum fraudandi excludit, à dolo excusat, l. igitur 12. ibi: *Iustis rationibus ductus, vel injustis*: & ibi: *Sine dolo male*, ff. de liberal. caus. Unde quando lex dolum punit, excusatur is, qui per culpatam latam, vel ignorantiam crassam juris, aut facti actum prohibitum gerit, Clem. 1. de consanguin. Covarr. 2. part. de sponsal. cap. 6. §. 8. num. 21. Salzed. in practic. cap. 84. lit. B. Barbosa in d. l. si mora num. 3. & 8. Valasc. conf. 26. n. 4.

Quæ etiam si sufficiant, ut excusent à dolo, non tamen ita à lata culpa excusabunt, quin in lata, seu manifesta culpa, ut ait Ordinatio Regia, esse censentur, quando non adhibuit in custodia eam diligentiam, quam diligentissimus adhiberet juxta tres culpæ gradus, de quibus Barbos. ubi supra numer. 2. & 35. Decian. d. cap. 6. ex num. 7. Sicque explicabis Ordinationem in d. §. 4. dum dolum, & latam culpam æquiparat, quod licet detur causa, ut quis in dolo non sit, tamen non liberatur à manifesta culpa, ob quam pæna legis locum habere debeat.

5 Secundus casus est, quando ex

culpa levi carceratus evaserit, de quo leges Regiæ nihil disponunt: nam licet Ordin. lib. 1. tit. 33. §. 2. in fine se remittat ad titulum *Do Alcaide, ou Carcereiro*, tamen ille titulus in lib. 5. Ordinationum non reperitur; debuit per incuriam omitti. Quare hoc casu ad juris communis regulas configiendum est, secundum quod etiam ex levi culpa tales custodes tenentur, Farin. d. quæst. 32. num. 14. & 20. Boer. d. decis. 217. In tertio tandem casu custos excusat, cum ex fortuito casu minime teneatur, veluti si in loco consueto secundum qualitatem personæ carceratum detineat, ex Suares tit. *de los emplazamientos* §. fin. num. 52. l. 12. tit. 29. part. 7. ubi gloss. verbo pro negligentia, Aviles prætor. cap. 18. verbo *Carcel* num. 15. Boer. decis. 216. num. 3. Paris. de syndicat. cap. 3. num. 6. extendit Azeved. ubi supra, ut casui fortuito tribuendum sit, si custos viro nobili credat asserenti se non fugitum, ex glossæ doctrina in l. Titio fundus ff. de condit. & demonstr. Hipol. in pract. criminal. num. 8. nam licet credulus non excusetur ex l. 1. ff. quod certo loco, excusatur tamen, si viro nobili credit, Hipol. cons. 61. num. 10. Boer. decis. 217. num. 9. & seqq. ubi plures enumerat casus, in quibus custodes excusantur, Lopus alleg. 126. Gama voto 29. facit l. argentum ff. commod. & quæ Gomes 3. tom. cap. 9. in fin.

Atque ex his dictum custodem confirmata judicis sententia absolvimus à damno dato; quia constitit, quod ipse in vinculis detinebat Reum, quando aufugit; quem etiam constabat, nihil in bonis habere, unde actori solvere posset, quo casu custodem etiam ad interesse non teneri duxit Puteus de syndicat. verbo carcer §. 5. n. 4. Pechius de jure sistendi cap. 27. n. 6. Brunus de cessi. bonorum, quæst. 9. num. 3.

SUMMARIA.



- 1 Rdinatio lib. 3. tit. 91. securum reddit creditorem in re sibi addicta.
Iuri offerendi non est locus, quando res addicta fuit. ibi.
- 2 Ut juri offerendi sit locus, requiri-
tur realis oblatio.
Ponderata Ordin. lib. 3. tit. 91.
§. I.
Ius offerendi solum competit hypo-
thecarijs creditoribus posterioribus
contra priores. ibi.
Non interest, an res addicta sit,
vel à debitore vendita. ibi.
- 3 Antiquiori creditori quando reme-
dium detur contra posteriorem.
Ius offerendi licet de jure compe-
tit posteriori, non tamen debet
denegari priori creditori, si detur
causa. ibi.
- 4 Ius offerendi non competit contra
extraneum emptorem.
Illa traditio explicatur. ibi.
Licet contra tertium cesset jus of-
ferendi, non tamen cessabunt alia
juris remedia. ibi.
- 5 Interpretata Ordin. lib. 3. tit. 91.
§. I.
Re addicta creditor jus dominij
nanciscitur. ibi.

- Rei addictæ dominium traditione
acquiritur. ibi.
De jure Regio ille, cui res addicta
est jus dominij nanciscitur, & sola
manet actio ad pretium. ibi.
Quod intelligi debet, si addictio
facta est pretio legitimo. ibi.
Lex dum pretium approbat, non
intelligitur de pretio doloso, & in-
justo. ibi.
- 6 Prior creditor, cui redditus rei ad-
dicti fuere, non potest jus cæterorū
creditorum debilius reddere.
- 7 Explicatur Thesaurus decis. 157. n.
II.
Creditor potest impetrare jus domi-
nij, ut securus maneat. ibi.
Dato impedimento verbalis obla-
tio habetur pro reali. ibi.
- 9 Explicata Ordin. lib. 3. tit. 91.
§. I.
Quando fructus rei viliori pretio
distrahuntur, abduc possunt poste-
riores admitti. ibi.
- 10 Postiores recte postulant, ut res
in totum distrahatur, ut omnibus
satisfiat.
Res locata ad decennium, si ven-
datur viliori pretio, quam distra-
heretur cum lesione aliorum credi-
torum, quid fiat. ibi.

DECISO LXVIII.

DECISO LXVIII.

*De jure offerendi in re addicta primo creditori. Ad Ordin. lib. 3. tit. 91.
in princip. §. i.*



1 Um Franciscus de Gouvea pluribus teneretur creditoribus, primus nobilissimus Eques Eduardus d' Albuquerq; fructus villex cuiusdam debitoris apprehendit auctoritate Iudicis, ut in illis per plures annos sibi solveret: instabant reliqui creditores, ut res distraheretur quoad proprietatem de presenti, ut ex pretio villex omnibus satisficeri posset quasi implorato jure offerendi, ut prior creditor rem subhastari pateretur: ipse renuebat, seque tuebatur Regia Ordin. lib. 3. tit. 91. §. i. quæ primo pignora capientem quoad ceteros creditores securum reddit, etiamsi actionem realem pertendant: Index sententiam protulit pro reliquis creditoribus, ut res subhastari posset: in Senatu varijs linguis doctissimi Patres locuti sunt; aliquibus namque placuit juri offerendi locum non esse, quoties alter ex creditoribus judicis auctoritate possidebat, cessante eo casu jure offerendi, de quo in l. i. C. si antiquior. cred. l. prior C. qui posterior. in pignor. l. potior. §. fin. ff. illo tit. Cravet. conf. 248. Negus. de pignor. 3. part. membr. 5. Menoch. lib. 3. præsumpt. 121. Marescot. variar. cap. 136. Affl. decif. 16. num. 4. Gail. lib. 2. observat. 18. in addit. num. fin. Cujus opinionis asseverabatur Author Thesaurus decif. 157. num. 11.

2 Secundo loco ponderabatur, quod, ut juri offerendi esset locus, requirebatur realis oblatio ex his quæ Negus. 2. part. 3. membr. quintæ principal. num. 1. Alex. in conf. 130. lib. 4. num. 21. de quo est in specie text. in l. i. C. qui potiores, Bald. conf. 50. num. 1. Unde si primus creditor accipere noluerit

obsignatio, & depositio in judicio fieri debet, d.l. i. Carrot. de location. 1. part. quæst. 7. in tit. de obsignat. Tertio oponebatur de Ordin. lib. 3. tit. 91. §. i. quæ tutum reddit priorem creditorem post addictionem etiam contra secundum habentem jus reale. Quare pro resolutione notabam, quod jus offerendi solum competit hypothecarijs creditoribus contra priores, quibus idem pignus datum, vel addictum est, l. i. C. si antiquior. creditor. Faber in illo tit. Thesaur. decis. 157. num. 11. non enim interest, an propria, vel judiciali auctoritate res distracta sit: ratio est; quia contra posteriores creditores non indigent priores jure offerendi, cum illis sufficiat ex sua hypothecaria agere, in quantum priores præferendi sunt, reg. qui prior lib. 6. Nec pariter contra tertios, ad quos res distracta fuit, quia quoad ipsos actione reali juvantur, l. prior C. qui potior. in pignor. d.l. i. C. si antiquior. ibi: *Quam si alijs easdem res debiter vendidisset.*

3 Unus tamen est casus circa antiquiorem creditorem, in quo contra posteriorem videtur posse dari jus offerendi, nempe quando prior non impedit addictionem, quam faciebat posterior: quo casu prælationem amittit, & secundo præferetur, cui si ipsa res addicta sit viatori pretio, adhuc antiquior potest uti jure offerendi, ut sibi solvatur, quia amisit desidia jus prælationis; non amisit tamen jus exigendi sui debiti per suam hypothecam, quæ non cessavit, quo usque sibi solvatur, licet enervata remanserit respectu illius posterioris creditoris; quia cum hoc beneficium concedatur posteriori creditori, non debet denegari priori, qui posterior effectus est, quia non compa- ruit

ruit: pungit Faber lib. 8. tit. 17. diffinit. 27. sub tit. an pignora jam vendita, &c.

4 Alter casus est respectu extranei, cui res ipsa tradita fuit, quod etiam si contra extraneum emptorem rei hypothecatæ non competit jus offerendi, tamen illud intelligendum est, quando manu debitoris vendita res fuit, vel si antiquiori creditore instantे res distracta fuit, d.l. 2. C. si antiquior. creditor. At vero si à debitore res data sit in solutum antiquiori creditori, contra quem competebat oblatio, & ipse in tertium transferat, tunc contra tertium jus offerendi dabitur. Ratio est: quia tunc emptor rei obligatæ, eam emit illo onere offerendi affectam, & contra ipsum transit eadem actio realis, quæ rem sequitur, ex vulgaribus principijs, l. Imperatores ff. de publican. ibi: *Predia ipsa conveniuntur*: Ordin. lib. 4. tit. 3. in princip. de quo est notabilis decisio Afflct. decis. 16. ad fin. Deinde quod licet contra tertium cesset offerendi jus, non cessabit tamen aliud juris remedium, veluti si res minori pretio distracta sit, ita ut detur læsio intra dimidiā, vel ultra: quo casu secundus creditor non impediet agere ad valorem rei, quia ut ccesset hæc actio, debet distrahi justo pretio, facit l. 2. C. si antiquior. ibi: *Recte distrahere, &c.*

5 Ultimus labor est cum lege Regia lib. 3. tit. 91. §. 1. & lib. 4. tit. 6. §. 3. an sit sublatum jus offerendi ex dispositione illarum legum? Et videtur quod sic; quia re addicta priori creditori hypothecatio, ipse jus dominij impetrat, ut fiat dominus, quia traditione rei addictæ dominium acquirit l. traditionibus C. de paet. §. per traditionem Instit. de rerum divis. Maximè, quia licet respectu venditionis, quæ sit ab ipso debitor, emptor indigeat juris dominij impetratione, ex l. 1. & 2. C. de jur. dom. impetrand. Ordin. d. tit. 6. ut verus fiat dominus, & securus contra creditores hypothecarios; tamen in addictione aliud est, in qua authoritate legis dominium ipsum transit. Nec obstat, quod

factum judicis reputatur factum partis, & adhuc competit eo casu oblationis jus, ut per Fabrum ubi supra, Thesaurus d. num. 11. Quia respondetur, quod licet ita sit de jure communi, tamen de jure Regio aliter se res habet, secundum quod jus dominij nanciscitur ille, cui res addicta est, ne amplius ab eo avelli possit, solumq; alijs creditoribus quoad pretium restat actio, d. §. 1. in fine d. tit. 6. §. 4. ibi: *E a causa arrematada fique sempre salva ao comprador*: manet itaque sola actio ad pretium, argum. l. si pecunia ff. de privileg. fisc. & eorum, quæ Gregor. l. 11. tit. 14. part. 5. Covarr. practic. cap. 29. Paz in praxi I. part. §. 14. num. 21. Azeved. l. 41. tit. 4. lib. 3. Amator Rodriguez de concurs. creditor. cap. 1. numer. 3. & 4. facit l. item veniunt §. præter hæc ff. de petit. hæred. ubi vendita hæreditatis re bona fide non vendicatur, sed agitur ad pretium ipsius.

Verum hoc limitandum est, quando emptor in publica licitatione rem emit bona fide, & justo ipsius pretio, non vero quando viliori, quam valeat. Ratio est: quia dictæ Ordinationes denegant offerendi jus, supposito quod pretium rei manet, ut cæteris creditoibus satisfiat, ut in d. §. 1. ibi: *Sua execução no dito preço*: quod pretium, quando à lege exprimitur, debet intelligi de justo pretio, non de injusto, & dolo, vel cum læsione partis. Nec aliud probat Ordin. d. tit. 6. §. 2. ibi: *Sobre o preço porque a arrematação foi feita*. Ubi non de pretio justo, sed de illo agit, quo res addicta fuit; quia illa verba non approbant pretium injustum rei cum læsione partium; quia licet læsio intra dimidiā tolleretur, ex l. 2. C. de rescind. non tamen commendatur, nec præcipitur, imo qui cum tali læsione emit, tenetur restituere: debet ergo hoc judicis arbitrio relinqu, ut videat, an res empta fuerit intra illa tria pretia rerum, infimum, medium, & summum, quia si ab his emptor deflectat, secundo creditori jus offerendi ademptum non est. Unde cum lex

Ee Regia

Regia jus offerendi tollat, quia pretium loco rei successit, debet intelligi de tali pretio, quod rei correspondeat, alias quando ita non fiat, manet casus in dispositione juris, secundum quod jus offerendi non cessat.

6 His sic prælibatis, placuit juri offerendi locum fore in hoc casu, quia prior creditor, cui fructus addicti sunt, non potest jus cæterorum creditorum debilius reddere, ne res statim distrahitur, ut omnibus satisfiat, argum. l. in creditore 38. in fine ff. de eviction. ibi: *Quod sine dispendio creditoris futurum est: non obstante enim addictione judiciali, jus offerendi durat, Thesauri d. decis. 157. num. 2. Negus. 1. part. 3. membr. quintæ principal. num. 17. Riminald. lib. 1. conf. 3. num. 921. in specie Faber in Codicem sub d. tit. C. si antiquior creditor, quia factum judicis censetur factum partis, l. si ob causam 17. C. de eviction. l. 1. C. si in caus. judic. pignus.*

7 Cui veræ resolutioni non obstant, quæ in principio ponderabam ex sententia Thesauri d. decis. 157. num. 11. qui ibi non negat jus offerendi durare etiam priori creditori re addicta, sed de alio casu longe diverso, nempe quando creditor ante addictionem jus dominij impetravit, juxta l. 1. & seqq. C. de jure dom. impetrand. vocatis, & citatis reliquis creditoribus, de quo apud nos est Ordin. lib. 4. tit. 6. Eo namque casu creditor non possidet jure creditoris, sed jure dominij: & merito eo casu secundus creditor jure offerendi privatur, quia non licitatur, argum. l. si finita §. postquam ff. de damno infecto, ex sententia Bald. in l. fin. C. de bon. author. judic. possiden. facit l. obligata C. si antiquior. creditor. Tiraq. de retract. municip. §. 8. gloss. 7. numer. 12. Decius conf. 592. per text. in l. si rem alienam ff. de pignor. actione, & ut veriorem de jure sequitur Cephalus conf. 298. num. 16. faciunt quæ Franchis decis. 69. & Ozascus decis. 135. Capic. decis. 41. n. 10. in idem Cephalus conf. 550. lib. 4.

8 Nec pariter obstat secundo lo-

co objectum: quia illa oblatio requiriatur, ubi partes non recusant, aut impugnant jus offerendi, quia adhuc non datur offerendi tempus; dato namque eo impedimento verbalis oblatio habetur pro reali, ex Bart. in l. uxorem §. agri ff. de legat. 3. Negus. 2. part. membr. 3. quintæ principal. num. 71. Surdus conf. 96. num. 29. Barbosa in l. si mora num. 45. & seq.

9 Ad ultimum de Ordin. lib. 3. tit. 91. §. 1. satisfit, quod illa Ordinatio tollit jus offerendi re distracta justo pretio, & non alias, ut supra diximus, & deducitur ex d. l. 2. ibi: *Rechte distrahente, &c.* Deinde procedit, quando res in totum distrahitur, non vero quando solum ipsius fructus ad tempus venduntur: quia eo casu non impeditur rei principalis venditio, quæ nulli addicta fuit. Unde quando ipsi fructus rei viliori pretio addicti forent, adhuc posteriores creditores possent quasi per jus offerendi admitti offerendo pretium addictionis fructuum, ut res ipsa statim distrahitur. Et quod magis est, si aliqui essent anni decursi, possent petere, ut emptor suppleret pretium pro singulis annis, si forte res viliori pretio fuisse addicta, quia jus offerendi non cessat, nisi re empta justo pretio.

10 Unde sine dubio est, quod posteriores creditores possunt admitti ad offerendum, quando res in totum addicta non sit, vel quoad fructus tantum; quia recte postulant, ut tota de praesenti distrahitur, ut omnibus satisfiat sic oblato pretio priori creditori, cui fructus in solutum pro decem annis dati fuere, ne cum incommodo non parvo expectent decennij cursum, vel re de praesenti distracta omnibus non sufficiat, quia viliori pretio sic obligata distracta est; illa enim prima addictione fructuum habetur ad instar locationis, quæ re distracta extinguitur, & eam videtur habere conditionem, ut duret quousque vendita sit, argum. l. emptorem C. locati. Unde patet, quod Ordin. d. §. 1. non agit de hoc casu, quia ibi secundus

cundus creditor admittitur, ut priorem excludat, vel à re ipsa, vel à pretio ipsius; in jure autem offerendi prior creditor non excluditur, ut fraudetur in suo debito, sed ut illico illi satisfiat. Quare est diversus casus ab illo, de quo in d. §. 1. & in Ordin. lib. 4. tit. 6. §. 3.

SUMM ARIA.



Odie soli marito cōpetit adulterij accusatio.

Civiliter etiam mariti hæredes admittuntur. ibi.

2 *Differentia constituenda est, quando hæredes agunt defuncto jam marito, vel defuncta jam uxore.*

Lite contestata marito mortuo transit ad hæredes ipsius actio. ibi.

3 *Si uxor moritur, de adulterio accusata ante sententiam prosequi potest accusatio.*

Mortuo delinquente regulariter delictū, & ejus pæna extinguitur. ibi.

Lite contestata pæna, pecuniaria transit in hæredes. ibi.

Quasi contractus celebratur tempore litis contestatæ. ibi.

Ex dicto quasi contractu actio penalnis persecutoria fit. ibi.

4 *Defuncta uxore omnis perimitur actio.*

Si maritus egit criminaliter, jam ad dotem agere non potest. ibi.

Actio penalnis civiliter intentata perpetuatur in hæredes. ibi.

Secus si ad vindictam. ibi.

Quando agitur per viam accusationis cessat quasi contractus. ibi.

5 *Si maritus agit ad vindictam, non*

Sicque illam legem Regiam jus offrendi non tollere judicavimus. Insuper loquitur in quocunque creditore. Ius autem offerendi inter solos hypothearios locum habet d.l.prior C. qui posterior cum alijs supra citatis.

perpetuatur actio ad dotem.

Explicata Ordin.lib. 5. tit. 25. §. 7.

De jure communi marito agenti civiliter bona uxor applicantur, non vero criminaliter. ibi.

Explicata Auth. sed hodie C. de adulter. ibi.

Lex Regia amplectitur opinionem Bartoli. ibi.

6 *Actio ad separationem tori pertinet ad forum Episcopi.*

Perempta criminali actione civilis non supereft, ne admittamus persecutoriam in bonis defunctæ uxor. ibi.

In persecutorijs nulla litis contessaio necessaria est. ibi.

Persecutoria non enumeratur inter actiones, quæ ex delicto nascuntur. ibi.

7 *Explicata l. in honorarijs ff. de actionib.*

Persecutoria aliquando mixta est, quia aliquando pænam, aliquando damnum resarciri postulat. ibi.

8 *Mortua uxore accusata ante sententiam hæredes mariti non admittuntur.*

Explicata Ordin. lib. 3. tit. 82. §. pen. ibi.

Explicata l. fin. C. de adulter. ibi.

DECISIO LXXI.

9 Adulterij pæna ipso jure non incurritur.

Læsa maiestatis crimen non ipso jure incurritur. ibi.

De jure Regio ipso jure incurritur, si crimen est notorium. ibi.

Explicata l. quisquis ff. ad l. Iul. maiest. ibi.

10 Si instituto judicio uxor moriatur, ejus bona libera remanent.

Valeat ipsius testamentum, & nominationes. ibi.

Explicatur Ordin. lib. 4. tit.

81. §. 1.

Nominatio efficitur caduca secuta mortis condemnatione. ibi.

Explicata lex Regia d. tit. 81. §. fin.

II In hoc Regno mortua accusata cefsat criminalis, & civilis actio.

In hoc Regno pecuniaria ex delicto criminalis est. ibi.

Explicata Ordin. lib. 3. tit. 18. §. 14. ibi.

Injuriarum actio apud nos est criminalis. ibi.

DECISIO LXXI.

An uxor accusata dæ adulterio possit nominare ad emphyteusim, & an nominatio caduca efficiatur secuta sententia circa dotem? Ad Ordin. lib. 3. tit. 25. §. 5.



Um M. esset accusata à marito de adulterio, pendente accusatione decessit maritus, & ex postfacto ipsa uxor etiam obiit, suumque condidit testamentum, in quo domui Sanctæ Misericordiæ hujus almæ Urbis emphyteusim perpetuam reliquit: cumq; Domus Misericordiæ apprehendisset, eam titulo venditionis in tertium transtulerit: quidam ex filijs defuncto patre accusationem prosecutus fuit, & eo accusante mater decessit, contra quam sententia lata fuit respectu bonorum, qua pronuntiatum extitit ipsam dotem amisisse, quam filijs judex in dicta sententia adjudicavit; qui lata sententia contra Domum Misericordiæ reivindicationem moverunt, ut sibi emphyteusim dimitteret, convento insimul tertio possessore. Et tandem lata sententia contra Reos, causa dela ta fuit ad Senatum; duobus prioribus dominis placuit, ut confirmaretur; eam seuti sunt opinionem, quod res ipsa

præcise tradenda erat posterioribus, quod sola æstimatio rei debebatur: cumque quinto deliberasset loco, sequentia notabam.

1 Primo, quod hodie soli marito licet adulterium accusare l. quamvis 2. C. de adult. Ordin. lib. 5. tit. 25. §. 3: quæ solum maritum genitalis tori vindicem esse voluit: quod tamen intelligendum est criminaliter, civiliter namque ad dotis amissionem etiam ipsius mariti heredes admittuntur, l. consensu C. de repud. cap. tuæ de procurat. si modo maritus ignoravit adulterium, dum vixit, ut ante Valasc. cons. 169. num. 6. & seqq. Gama decis. 234. Aretin. in Roman. & alij in l. rei judicatae ff. solut. matrimon. resolvit Tiraq. in l. si unquam, verbo suscepit, num. 196. Coyarr. de sponsalib. 2. part. cap. 7. §. 6. num. 9. Costa in cap. si pater fol. 93. num. 32. quos sequitur Caldas Pereira verbo læsis num. 26. vers. quare ad med. licet aliter sentiat Gomes l. 80. Tauri num. 68.

2 In quo duo casus distinguendi sunt

sunt: primus, quando hæredes agunt defuncto jam marito: secundus, quando agunt defuncta jam uxore. Primo casu, si maritus antequam moriatur, litem contestatus sit super adulterio, videtur, quod transit ad hæredes ipsius eadem actio, & jus accusandi, l. unica C. ex delictis defunctorum, l. omnes pænales ff. de action. & obligat. quod comprobatur ex Ordin lib. 5. tit. 122. in princip. & tit. 25. §. 5. in hæc verba: *E morrendo o marido que acusava sua mulher, depois da lide contestada, nam ficará a acusaçam extinta, mas proceder-se-ha na acusaçam ate final sentença, nam avendo parte a que por direito pertencer a acusaçam:* quæ verba ad hæredem diriguntur, licet apud Hispanos hoc fieri non posse testetur Gregor. Lopes in l. 3. verbo despues circa fin. tit. 17. part. 7. qui hæredibus accusandi criminaliter nullam facultatem concedit, ad quod illum citat D. pater meus in d.l. unica 2. part. à num. 19. & seqq.

3 In secundo vero casu, quando uxor accusata de adulterio ante sententiam decedit, urgente est qæstio, an prosequi possit accusatio ab ipso marito quoad bona, vel eo mortuo ab ejus hæredibus? Et videtur, quod sic: quia licet regulariter mortuo delinquente delictū, & ejus pæna extinguatur juxta text. in l. defuncto ff. de public. judic. l. in iudiciorum ff. de accusation. ibi; non alias pænæ transeunt contra hæredes, quam si lis fuerit contestata, & condemnatio secuta: nihilominus, si antequam moriatur, lis contestata fuerit super delicto, actio pænal is, si pecuniaria est, perpetuatur in hæredes, idque propter quasi contractum, qui tempore litis contestatæ celebratur juxta l. 3. §. idem scribit ff. de pecul. ubi Bart. num. 3. Ex quo quasi contractu actio pænal is persecutoria fit argum. text. in §. sequens Instit. de action. ac per consequens ad hæredes transit, h. qui pro fure ff. de conduct. furt. §. ult. l. 4. §. fin. ff. de damno infect. l. si mulier §. penult. ff. de action. rerum amot.

4 Verum adhuc obstat, quod de-

functa uxore omnis criminalis actio perimitur, solaque superest ad dotem, quæ etiam conquiescit respectu mariti, qui cum semel criminaliter egisset, jam ad dotem nullo modo agere potest finitō criminali judicio morte delinquentis, explicat Valasc. d. conf. 169. n. 19. Cujus rei est ratio: quia licet actio pænal is perpetuetur in hæredes lite contestata, ut supra dixi, illud procedit, quando actio pænal is civiliter intentatur ad cōmodū partis læsa, ut in actione furti vi bonorum raptorū, legis Aquiliæ, & similibus: nam si criminaliter intenditur ad vindictam, vel de pæna applicanda fisco, non aliter transit ad hæredes mortuo delinquente, quam si eo vivo condemnatio fuerit secuta, à qua provocatum non est, gloss. verbo secuta in d.l. ex iudiciorum explicat Bart. Alberic. & Angel. ibi Gomes 3. tom. cap. 1. n. 82. Clarus §. ult. quæst. 51. n. 16. Menchac. usufrequentium quæst. 196. à n. 19. quia in pænis civilibus pars læsa agit per viam actionis petendo quod sibi debetur juxta princ. Instit. de action. & censetur creditor delinquens vere debitor, l. si cui 12. vers. sed si ff. de verbis signific. Atque ideo respectu illius debiti potest habere locum quasi contractus, de quo in d. §. idem scribit. At vero quando agitur per viam accusationis juxta princ. Instit. de public. judic. tūc cessat quasi contractus.

5 Unde cum in præsenti maritus ad publicam egerit vindictam defuncta uxore, non est cur ad dotem perpetuata censeatur actio, quam sicut maritus persequi non potest, sic & pariter ejus hæredes, qui ipsum repræsentant: ad quod pondero elegant Ordonationem eod. tit. 25. §. 7. Ubi non permittitur marito bona uxor's habere, nisi quando illam accusavit, ita ut ad mortem condemnetur: interdicitur ergo marito dotis persecutio per se considerata, & independens à criminali accusatione: quod tamen videtur de jure communi esse aliter dispositum, secundum quod marito agenti civiliter bona applicabantur,

DECISIO LXXI.

minaliter vero non, de quo est text. in Auth. sed hodie C. de adulter. Alex. l. cum mulier num. fin. ff. de solut. matrimon. Covarr. de sponsal. 2. part. cap. 7. §. 6. à num. 4. Gomes l. Tauri 80. num. 47. Paulus conf. 147. num. 3. lib. 2. Atque ob id varios intellectus patitur textus in d. Auth. sed hodie, quos citat Aretin. in l. rei judicatæ §. 1. ff. solut. matrim. post num. 3. Bald. Novell. de dote part. 7. privil. 1. 1. num. 15. Secuta tamen fuit lex Regia dispositionem text. in Auth. matri, & aviæ §. quia vers. plurimas collat. 8. Ubi actum fuit criminaliter, & tamen dos marito applicatur, prout etiam voluit Bart. in l. miles §. sacer in fine ff. de adult. Cujus opinionem Lex Regia ibi amplectitur ea ratione, quia cum cessaet pena juris communis, & distributio, de qua in d. Auth. Valasc. d. conf. 169. num. 19. & cum mulier capite puniatur, merito marito agenti criminaliter dotem concedit.

6 Quod si quis replicet hanc Ordinationem non negare marito agendi civiliter facultatem, quia tantum agit de marito criminaliter agente, crimen non perfectly probato, ita ut ex eo pena capititis infligatur; non tamen per subauditum intellectum debet admitti, ne civiliter agere possit contra uxorem ad dotis amissionem contra vulgares Doctorum traditiones in d. captuæ, & in cap. plerumque de donation. inter vir. Tamen negari non potest, quod licet maritus ad dotem, & tori separationem gere possit, de eo Ordinatio Regia non egit, quia illa actio pertinet ad forum Episcopi, quia agitur de separatione tori, ut per Gomes in d.l. 80. post num. 47. Covarr. d. cap. 7. §. 6. num. 8. Valasc. d. num. 19. quamvis contra senserit Decius conf. 112. num. 2. credens agi posse in sæculari. Atque ideo, cum actio criminaliter mota non conveniat petitioni dotis, quæ in alio foro agitari debet, inciviliter interpretabimur, cessante criminali civilem superesse; esset enim admittere persecutoriam ex crimen ad bona defunctæ

uxoris, quam si admitteremus, frustra Ordinatio Regia consideraret litis contestationem, cum in persecutorijs nulla litis contestatio necessaria sit, l. 4. §. ultim. ff. de damno infect. l. si mulier §. penult. ff. rerum amotar. citati à Covarr. lib. 3. variar. cap. 3. num. 7. Dueñas reg. l. 3. limit. 11. Menchac. usufreq. quælit. 99. num. 27. Bart. in l. 1. ff. de privat. delict. num. 3. Et verius est de jure Civili, quod persecutoria non enumeratur inter actiones, quæ ex delicto nascuntur, §. ex maleficijs Instit. de action. licet de jure Canonico aliter sit, ex capite ult. de sepult. cap. in literis de raptor. cap. tua nos de usur. & de jure Civili idem dicendum esse afferat Covarr. ubi supra d. num. 7. & in reg. peccatum 2. part. in princip.

7 Nec aliud probat l. in honorarijs 35. ff. de action. & oblig. quia Iurisconsultus ibi explicat persecutoriam tantum materialiter, nec loquitur de ea, quando mixta sit, quia ex altera parte pænam, ex altera damnum resarciri postulet, prout si quis petat damnum ex homicidio, vel incendio illatum, quia tunc negative responderet, §. sequens Instit. de action. Duaren. ad tit. de action. cap. ult. in fine.

8 Respectu autem hæredum mariti idem videtur resolvendum, quod agere nequeant novo instituto judicio ad dotis amissionem, de quo est Ordinatio lib. 3. tit. 82. §. penult. ibi: *E se algum homem fosse condenado por tal crime, por que segundo direito deve perder os bens por sentença dada contra elle, & pendendo a apelação elle morresse fica o feito findo, nam sómente quanto à pena do corpo, mas ainda quanto à pena dos bens, salvo se o crime fosse tal, em que o direito estabeleceo, que pelo mesmo feito sómente se percaõ os bens, sem outra sentença: & atento jure communi virorem dicit Gomes d. l. 80. n. 69. Aviles prætor. fol. 11. in princip. in fine, Palatius in Rubr. §. 34. num. 5. pro qua est text. in d.l. ex judiciorum C. de accusation. citat plures Barbosa 1. part. l. 2. num. 130. licet contrarium senten-
tiam*

tiam amplectatur D. pater meus ad d. l. si curatorem, verbo læsis num. 26. & seq. motus ex l. fin. C. de adulst. Ubi videtur comprobari ad dotis amissionem agi posse contra hæredes uxoris etiam lite non contestata super actione civili, sed ille textus, ut bene advertit Barbosa, agit de restitutione dotis, supponens dotem esse penes maritum, quam dum repetunt hæredes uxoris, maritus eos exceptione adulterij repellit, ubi supra num. 133.

9 Ex quibus in præsenti quæstiōne illa resolutio videbatur amplectenda, quod cum adulterij pæna ipso jure non incurritur, sed per sententiam, cum nec læsa Maiestatis pæna ipso jure incurritur in hoc Regno, nisi quando crimen notorium sit, ex Ordin. lib. 5. tit. 6. §. 10. Et de jure communī veriorem adstruunt Vivius lib. Commun. verbo confiscari, Gigas de læsa Maiest. tit. de pænis quæst. 25. num. 3. Bart. in l. post contractum ff. de donation. Gabriel lib. 7. tit. de criminal. caus. conclus. 11. num. 1. Nec aliud probat l. quisquis ff. ad l. Iul. Maiest. ibi: *Bonis fisco nostro addictis:* quia etiam referri possunt ad sententiam, licet in hoc crimine illud sit speciale, quod etiam lite non contestata pæna ad hæredes transeat, contra regul. d. l. ex judiciorum, Gomes 3. tom. cap. 1. n. 80. Clarus §. fin. quæst. 51. num. 12.

10 Inde fit, quod si instituto criminali iudicio uxor moriatur, omnia ejus bona libera remaneant hæredibus, ipsiusque valeat testamentum, & nominationes emphyteuticæ, quas nominatus non ab ipsa nominante, sed à primo concedente accepit, Gama decis. 5. Nec habet locum in his nominatio-nibus Ordin. lib. 4. tit. 81. §. 1. Vbi cadūca efficitur nominatio secuta mortis condemnatione, de quo D. pater meus Franciscus de Caldas Pereira de nominat. quæst. 5. qui in nostro casu ante sententiam criminalem uxor deceperat; quod si in iudicio sacerulari agi posset ad dotis amissionem, ex reg. d. l. fin. C. de adulterijs, illud tunc haberet lo-

cum, quando vivente uxore actio moneretur, & lis esset contestata, ex reg. d. l. unic. Cod. ex delict. Barbosa ubi supra num. 130.

11 Quod si quis replicet in nostro casu institutam fuisse accusatiōnem criminaliter ad punitionem criminis, & civiliter ad amissionem dotis, seu incidenter, l. interdum ff. de public. judic. ubi Cujat. in lib. 37. Pauli ad edictum 1. tom. fol. 1346. & seq. Barbo-sa in l. si ab hostibus num. 50. ff. solut. mar-trim. ita ut lite contestata super civili actione, illa transire debeat ad defuncti hæredes, ex reg. l. unicæ C. ex delict. defunct. Tamen circa petitionem bonorum actio extincta est, ut aperte probat d. l. fin. Ubi sententia jam lata quoad utrumque judicium conquiescere docet: ex ea ratione, quia in hoc Regno omnis pæna, etiam pecunia, quæ ex delicto nascitur, non civilis, sed criminalis est; quia criminalis causa à civili in nullo alio discernitur apud nos, quam quod prima criminis prosequitur ultionem, secunda rem ipsam sublatam repetit, vel damnum in patrimonio datum, Ordin. lib. 3. tit. 18 §. 14. Correa in fragm. fol. 17. versic. quarto criminaliter: Adeo ut injuriarum actionem apud nos esse criminalem semper sentiat, quia ex ea nihil petitur, quod patrimonio ademptum sit, ex ratione Pauli in l. cum emancipati §. emancipatus ff. de collat. bonorum; quia de jure nostro nulla est injuriarum actio civiliter mo-ta: Cujus opinionis fuit Primarius Pro-fessor Ludovicus Correa Praeceptor meus colendissimus, & vir indefessi la-boris, & excelsi ingenij in scholijs ad Rus-br. de judic.

Vnde quia jam per præcedentes do-minos evictum erat, ut Confratres San-ctæ Misericordiae emphyteusim alienatam traderent, & alijs votis placebat, ut estimationem ipsius, licet ego sen-tirem ad neutrum eos teneri; tamen ac-cessi voto dicentium, ut solveretur pre-tium, quo res distracta fuit.

Postea cum processus exiret, & par-

DECISIO LXXII.

tes viderent, quæ scripseram in procellu, impedimenta obtulerunt per viam resti-

tutionis, ut Domus Misericordiæ suble-
veretur: & res sub judicibus est.

SUMMARIA.



IBER diffamatus,
quod sit servus, po-
test agere ex l. dif-
famari pro sua liber-
tate.

2 **Pactum injectionis manus valet;**
tam in contractibus, quam in ulti-
mis voluntatibus.

Servus, vel ancilla sub ea condi-
tione vendi potest, ut exportetur. ibi.
Si in loco prohibito servus inveni-
atur, licet domino manum injicere.
ibi.

An dominium servi acquiratur si-

ne nova apprehensione. ibi.

*Aliud est, si servus extra locum
manumittitur, & liber factus, ad
locū prohibitum reddit. ibi.*

*Eo casu soli fisco competit actio.
ibi.*

*Si tamen fiscus vendat, quia tene-
tur vendere sub eadem conditione,
si tunc in loco prohibito inveniatur,
domino manet salvum jus injicien-
di manum. ibi.*

3 **Ignorantia juris obscuri quando**
relevat.

DECISIO LXXII.

*An quando servus exportandus venditur, possit, si in loco prohibito inveniatur,
in servitutem redigi? Ad Ordin.lib.4.tit.63.*



Um Gracia Simoa ea
lege venierit exportan-
da, ne in oppidum de
Torres Novas, & intra
decem leucas ab eodem
oppido ingrederetur,
emptor ancillam egressus locum pro-
hibitum post aliquot annos manumisit,
quæ cum Didaco Fernandez nuberet,
se putans prohibitione antiqua non
adstringi, in eundem locum una cum
marito se contulit: cumque ibi in con-
spectu antiqui domini resideret, ipse eam
in servitutem revocare volebat ob non
servatam legem contractus, & manus in-
jectionem minabatur.

1 **Cumque ipsa, & maritus vellent**
esse certi de proprio statu, actione legis
diffamari contratum agunt, ut decla-
rentur liberi, & ne in posterum in sua

quasi possessione libertatis molestari va-
leant: agitata lite judex eam liberam
pronuntiavit, & in eodem loco commo-
rari posse: delata causa ad Senatum con-
firmari placuit, eo tamen addito, ut alibi
degeret, & servata lege contractus de-
cem leucas exularet.

2 **Cujus rei illud fundamentum**
est, quia pactum in venditione appo-
situm injectionis manus licitum est,
tam in pignoribus, ut in l. credores G.
de pignorib. gloss. verbo contrectare in
l. cum creditor ff. de furt. l. i. & per tot.
C. de paet. pignor. quam in ultimis vo-
luntatibus, ut in l. Titia cum testamen-
to §. i. & ibi gloss. verbo non sic ff. de
legat. 2. sicut & in contractu emptionis,
ut in l. si quis sub hoc pacto ff. de con-
trah. emption. l. si Titius ff. de servis ex-
portand. quod pactum paratæ execu-
tioni

tionis vocat Collerus de process. execut. I. part. cap. 5. num. 10. & seqq. Unde fit, quod servus, vel ancilla sub ea conditione vendi possunt, ut exportentur, vel ne intra certum locum degant sub pacto manus injectionis, ut exprimitur in d. l. si Titius, & in l. i. ff. de servis exportand. l. i. C. si servus exportandus veneat: quia tamen plura hic incidere possunt, sequentes casus ennumerando. Primus, si contra legem contractus in loco prohibito detineatur à domino, vel ab alio eo volente, & tunc antiquo domino licet manum injicere, & in pristinam revocare servitutem, Menoch. de adipiscend. remed. 5. num. 54. Caldas Pereira de emption. cap. 25. numer. 43. Et licet controversum fuerit, an eo causa dominium acquiratur sine nova servi apprehensione, & ex multorum sententia requiratur apprehensio, tamen ex sententia Ugolini, quem citat gloss. in d. l. i. in fin. ipso jure dominium transfertur, prout de jure verius existimat Dominus Franciscus de Caldas Pereira ad l. si curatorem, verbo sua facilitatenum. 57. prout in fisco transferri dicit d. l. i. non præambula apprehensione actuali. Secundus casus est, quando servus extra locum manumittitur, & liber factus ad locum prohibitum reddit: & eo casu dominus non admittitur, ut illum vendicare possit, l. i. C. si servus exportandus veneat. Ratio est: quia cum contractus initium sumpserit in persona contrahentium, l. quæcunque gerimus ff. de action. & obligation. nec cum servo aliquis contractus celebrari potuerit, & modo novus effectus homo sit (talis enim est ille, qui à servitute ad libertatem exit) soli fisco competit actio ad vindicandum illud crimen; & servo adimitur libertas tanquam ab indigno, & fisci servituti

subjicitur, Bald. in d. l. i. ubi Salycet. & in l. 3. eod. tit. ubi Accursius verbo vindicetur. Unus tamen casus est, in quo servus poterit ad dominum antiquum reverti, veluti si fiscus, qui servitutem revocat, tanquam ab indigno servum iterum vendat, quia eo casu tenetur vendere cum eadem conditione, ut exportetur; nam si aliter vendat, & in loco prohibito reperiatur, antiquo domino salvum manet jus injiciendi manum, Bald. in d. l. i. quia formæ primæ redditur, licet mutetur status, l. mulier ff. de captivis, nec aliud probat d. l. si Titius ff. de serv. export. procedit enim in servo in servitate constituto, non vero effecto libero.

3 Ex quibus in praesenti ancilla cum libera effecta nupsisset, & prohibitum locum cum marito ingredetur, non potuit in servitutem revocari ab antiquo domino, sed à fisco. Nihilominus tamen quia ipsa non bene agit, dum in eodem loco impunè vivere pertendit; id enim non patitur lex primi contractus; merito illi assignandum tempus est conveniens, ut è loco exeat, alias à fisco vendicetur. Quod ex ea ratione placuit, quia cum uterque maritus, & uxor ad patriam accessissent cum ignorantia juris, æquitas non patitur, ut pænam incurvant, maxime quia cum à marito adducta fuisset, coacta præsumi debet, cum teneatur obtemperare. Nec obstat, quod ignorantia juris non solet excusare, reg. ignorantia de reg. jur. lib. 6. nam quando ignorantia est juris obscuri, legitimam præbet excusationem, eleganter Costa in cap. si pater, verbo uxorem numer. 8. Valasc. conf. 83. num. 23. notat Cujat. 2. tom. fol. 644. lit. B.

SUMMARIA.



Ervus pro sua libe-
tate in judicio stare
potest.

Uxor in possessorijs
stare potest in judi-
cio sine marito. ibi.

Uxori in hoc Regno interdicitur
facultas standi in judicio sine ma-
riti consensu. ibi.

Uxor sola non annullat venditio-
nem à marito factam sine ipsius
authoritate. ibi.

Contra alienata in concubinas sola
uxor agit de jure Regio. ibi.

Interpretata Ordin. lib. 4. tit. 66.

Liberi hominis venditio nulla est.
Valet tamen contra ipsum vendi-
torem. ibi.

Nec si volens quis se servum dixe-
rit, sibi nocere potest.

Explicata l. sin autem §. sed si
puerum ff. de rei vendicat. ibi.

Explicata l. i. C. de infantib. ex-
posit.

DECISIO LXXIII.

An uxor possit pro mariti libertate agere in judicio? Ad Ordin. lib. 3. tit.

47. & 48. §. 2.



Empore, quo naves In-
dicæ mercibus onustæ
ab India in hoc Regnum
proficiisci pararent, qui-
dam P. libertus, qui li-
beram uxorem dux-
rat, causa negotiandi alteram ex na-
vibus ascendit, ubi cum plus debito
moraretur, levantur anchoræ, & plena
vento carbasa panduntur, & remcan-

Expense factæ in erudiendo infan-
te quomodo solvi debeant. ibi.

Differunt expensa factæ in area
aliena, vel in alieno servo. ibi.

Doctrina servi inter utiles impen-
sas connumeratur. ibi.

Utiles impensæ solvuntur, nisi do-
minus sit paratus pati, ut abradi
valeant. ibi.

Expensas utiles tunc dominus
non solvit, quando non aliter sol-
vet, nisi vendita ipsa re meliorata,
ibi.

Aliud est in eruditione pueri, cuius
scientia abradi non potest. ibi.

Quando dominus sit dives, nece-
ssario sunt solvendæ impensæ in eru-
diendo servo. ibi.

Explicata l. apud Celsum §. si mi-
nor ff. dol. except. ibi.

Uxor, quæ agit pro libertate mari-
ti, non tenetur ad expensas factas
in eruditione ipsius.

di misero via præclusa est: cumque
ita invitus in Portugallie Regnum
veheretur repente, & inopinato casu,
nec haberet, unde alteretur, & licet
se jactaret liberum hominem esse, cum
minime illi fuisset adhibita fides,
plus licitanti in publica subhastatio-
ne addictus fuit, qui ubi primum por-
tum appulit, dictum P. tanquam pro-
prium servum cuidam Antonio An-
tunes

tunes Metaxario, ut vocat Iustinianus in tit. C. de pignor. & hypoth. vendit, apud quem artis peritiam didicit. Cujus rei cum mulier certiorata esset, iter arripuit, & in hanc civitatem evecta, maritum à servitute vendicare volens, litem contra dominum putativum instituit: & licet in prima instantia non obtinuissest, causa delata fuit ad Senatum, ubi sequentia dubia mota, & decisam fuerunt. Primum, an uxor hoc casu sine marito in judicio stare possit. Secundum, an domino putativo esset solvendum pretium expensarum, quæ cum servo bona fide fecit, dum officium, & artem didicit.

I. Et quoad primum de jure est, quod servus pro sua libertate in judicio stare potest, & procuratorem constituere l. i. C. de assert. tollend. l. servum ff. de procurator. Unde dubitari non licet, quod mandare posset uxori, ut ageret, & agenti autoritatem praestare, juxta terminos Ordin. lib. 4. tit. 48. §. 2. Insuper sola uxor sine ejus mandato potest in judicio admitti, dum petit mariti restitutionem, ex text. ad id expresso in l. 3. §. cum vero ff. de liberal. caus. ibi: *Dari facultatem etiam matri, vel filiabus, vel sororibus ejus, cæterisque mulieribus, quæ de cognatione sunt, vel etiam uxori adire Praetorem, &c.* Menoch. i. remed. recup. num. 429. Ubi ex sententia Baldi dicit uxorem in possessorijs in judicio stare posse sine marito: faciunt quæ de arbitrar. cas. 182. num. 12. & casu 264. & lib. 1. quæst. 80. num. 98. & licet uxori de jure Regio interdicta videatur facultas standi in judicio sine mari- ti consensu, Cabed. decis. 106. num. 7. Ordin. lib. 4. tit. 48. §. 2. Ubi uxor sola non annullat venditionem nulliter à marito factam sine ipsius mariti autho- ritate, Principis, vel judicis, & probant ab speciali ex Ordin. lib. 4. tit. 66. ubi uxoribus permittitur male alienata in concubinas recuperare, & sibi retine- re; quia Ordin. lib. 3. tit. 47. solum aget de marito, sicut aliàs agit Ordin. d. lib. 4. tit. 42. §. 8. & tit. 45. §. 2. & lib. 2. tit. 33.

§. 9. & tit. 53. §. 1. Tamen quando uxor maritum habet in servitute degentem, debet posse agere; quia hic casus tan- quam omissus manet in dispositione ju- ris communis, secundum quod qui so- lis non alienat, nec solus litigat.

2. In secundo casu, quomodo pu- tativo domino essent solvendæ expen- sæ non vulgare est dubium, cum libe- ri hominis venditio nulla sit, l. liberi ho- minis ff. de contrah. empt. gloss. & DD. in §. 1. Instit. de inutilib. Gomes de contract. cap. 2. num. 50. solum enim va- let, ut venditor emptori ignorantis sol- vere teneatur, quanti ejus interfuit, non esse deceptum: at vero in præjudicium liberi hominis, nullo modo tenet venditio, quantumvis emptor ignoret text. in §. omnium Instit. de action. ibi: *Nulla venditio est, l. qui officij 62. in princip. ff. de contrah. empt. quia nec si volens scri- psisset se servum, sufficeret, l. nec si vo- lens C. de liberal. caus. ibi: Nec si volens scripsisset se servum esse, non liberum, præ- judicium juri tuo aliquod comparasset: Gar- cia de Saiavedra de nobilit. gloss. 6. num. 45.* Unde succedit regula textus in l. fin autem 28. §. sed si puerum ff. de rei vendicatione. Vbi expensæ factæ in eruditione servi non æstimantur, nec retentionem præstant, ibi: *Si puerum meum cum possideres erudisses, non idem observandum Paeculus existimat, quia atque carere servo meo debeam.* Obstat text. in l. i. C. de infantib. expos. Vbi ex- pensæ factæ in erudiendo infante de- bent exolvi: quod maxime procedit in nostro casu, in quo tertius hic posses- sor bona fide emerat, & servum edo- cuerat. Vnde illud verius videtur, quod differunt inter se expensæ factæ in area aliena, vel in alieno servo; primæ enim solvuntur, & competit pro his re- tentio, de quo in d. l. fin autem §. in rem petitam ff. de rei vendic. l. si in area ff. de condic. indebit. Valasc. de jur. em- phyt. quæst. 25. num. 15. Rolandus conf. 28. num. 26. Paulus conf. 270. Barbosa in l. divortio §. fin. ff. solut. matrimon. n. 32. & 72. At vero in servo alieno non

eadem

DECISIO LXXXIII.

eadem est ratio ; quia doctrina servi, quæ inter utiles impensas connumera- tur in l. impensæ vers. item doctrina ff. de verbor. signific. tunc debet exolvi à domino, quando dominus non sit adeo pauper , ut illas solvere non possit ; quia eo casu cum abrasio dari non possit si- ne corruptione subjecti , dominus libe- ratur à solutione expensarum. Atque in hunc sensum debet accipi d. §. sed puerum, nam cum Paulus in d. l. sin autem §. in rem petitam, egisset de bonæ fidei possestori, qui rem melioraverat , con- cludit, quod utiles impensæ solvantur, nisi dominus paratus sit pati , ut illas abradat possessor, vel ædificium tollat: quod quidem procedere non potest simpliciter , nisi intelligamus partes in eo textu ita convenisse , alias enim sem- per utiles impensæ essent solvendæ im- pendingenti , nec sufficeret , ut dominus consentiret , ut abraderentur; nisi quan- do pauper sit, quod non possit impen- das solvere, nisi vendita eadem re, quia tunc liberatur à solutione , l. in fundo ff. de rei vendicat. ubi Bart. num. 7. Boer. decis. 44. num. 8. Per quem textum de- bet explicari Paulus d. §. in rem petitam : quo sensu sic accepto subjungit idem Paulus, an scilicet eo casu, quo dominus potest permettere abrasionem , & sic li- berari à solutione impensarum utilium, idem dicendum sit in eruditione pue- ri: & decidit, non eandem versari ratio- nem in area , ac in puer, cum in illo

nulla abrasio scientiæ considerari pos- sit: unde eo casu , quo dominus non sit solvendo, excusat à solutione impen- sarum in doctrina servi , nisi in calibus l. forte eod. & seq. quando dominus ter- vum habebat venalem , aut quando illi denuntiatum est, an servus ille esset ip- sius. Vnde sit, quod quando dominus sit dives, indistinctè debent exolvi expen- sae in erudiendo servo , ex Alber. in d. §. in rem petitam , qui reprehendit Bart. qui aliter sentit, Loriotus de fructib. axiom. 13. Cujatius lib. 9. observat. cap. 38. Garcia de expensis cap. 5. num. 3. qui non perfectè explicat , imò videtur hunc sensum non percepisse : pro quo intellectu est text. in l. apud Celsum §. si minor ff. de dol. except. Vbi impensæ repetitio conceditur , quæ facta est in erudiendo puer, & in d. l. I. C. de infan- tib. expos. Bart. in d. l. in fundo num. 8. Barbosa in d. l. divortio §. fin. numer. 72. Servi enim artifices plus æstimantur , ut probat Ordin. lib. 4. tit. 17. §. 4. & tit. 11. §. 4. & tit. 31. §. 7.

3 Ex quibus cum in præsenti uxor non esset domina mariti , licet pro jure suo agere posset, de ipsius libertate ipsa non obligari ad solvendas expensas fa-etas in eruditionem mariti resolvimus , nec retentionem competere possessori , quia servus erat adeo pauper ut non ha-beret, unde solveret, nec abrasio dari pos- set. Scriba Quintal.

SUMMARIUM.



1 Diles olim duo ex-
titere.

Ædiles unde dicti.
ibi.

Ædiles dicti, quia
edendorum curam quærebant. ibi.

2 Ædiles alij erant ex numero Sena-
torum, & Patritij, qui Ædiles Cu-
rules dicebantur.

Prætorum edictum in duo capita
scindendum est. ibi.

3 Venditor vitia rei prædicere de-
bet.

4 Hoc edictum favorable est empto-
ribus, & extendi debet.

Redbibitoria pro qualibet re in-
animata pretoria est. ibi.

5 Contraria multis authoritatibus
com-

- Ponderatur l. Julianus ff. de action. empt. ibi.
- 6 Actio quanto minoris alia est civilis, alia praetoria.
- 7 Contraria sententia deducitur ex l. 2. C. de ædilit. edict. Ponderatur d.l.2.
- 8 Interpretatur d. l. Julianus.
- 9 Explicatur l. ex empto §. I. ff. de act. empt. & n. 10.
- 11 Actio civilis quanto minoris nulla datur.
- 12 Explicatur l. Julianus §. si Titius. Ille textus debet intelligi de venditione facta ad corpus. ibi.
- 13 Hujus edicti quatuor sunt cause.
- 14 Hoc edictum ad corporis, non animi vitia spectat.
- 15 Secunda edicti causa ad eum spectat, qui falso dixit aliquid adesse, vel abesse.
- 16 Tertia causa est, quando inter partes ita conventum est, ut nisi placaret, redhiberetur res. Emptor, in cuius arbitrium commissum est substantiale contractus, tenetur arbitrari, quamprimum potuerit. ibi.
- 17 Terminus redhibitoriae potest prorogari.
- 18 Quarta edicti causa, que à catione dependet.
- 19 Actio redhibitoria vel est quanti minoris, vel ad id quod interest. Redhibitoria vel est directa, vel utilis. ibi. Redhibitoria civilis ex empto perpetua est. ibi.
- 20 Quæto minoris actio praetoria tam directa, quam utilis. Semel egisse quanto minoris emptori non nocet. ibi.
- 21 Quanto minoris actionem latius patere, quam redhibitoriam.
- 22 In hac actione quanto minoris venit interesse propter dolum, quādo sciens vitium rei non explicuit.
- 23 Explicatur l. Julianus in princ. Explicatur l. sed & addes §. I. ff. locati. ibi. In vasis, & dolij locatis datur specialitas. ibi. Exploditur sententia Alciati ad illum textum.
- 24 Venditor rei vitiosæ per ignorantiam solā tenetur quanti minoris.
- 25 Pro vitijs corporis varijs modis succurritur emptori.
- 26 Pro vitijs animi nullo modo succurritur. Fallit in servo fugitivo. ibi.
- 27 Explicatur l. Julianus ff. de action. empt.
- 28 Actio in factum datur, quoties cessat prætoris edictum, & emptor pretium repetit. Durat hæc actio intra sexaginta dies. ibi. Actio in factum in quibus casibus competat. ibi.
- 29 In quibus casibus cesset redhibitoria. Cessat, quando una res tantum ex pluribus redhibetur. ibi.
- 30 Cessat in eo, qui scienter emit. Vel quando erat peritus in artes. ibi.
- 31 Deinde cessat in fisco.

- 32 Cessat in omnibus casibus, in quibus non competit evictio.
33 Deinde, quando vitium superver-

niat.

- 34 Ultimo, si redhibitio pacto tollatur.

DECISIO LXXIV.

De venditione animalis morbos. Ad Ordin. lib. 4. tit. 17.



Endiderat G. Franciscus boves, quorum alter intra paucos dies occubuit latente morbo, quo ante venditionis tempus laborabat animal; alter vero solus manebat inutilis emptori. Cumque ab emptore dominus pretij partem adhuc non solutam peteret, ipse opposuit de morte bovis, & de exiguo valore alterius, qui supererat, & quod cum bos esset in extremis, ipsi denuntiaverat, ut bovem semimortuum acciperet, quod ipse recusavit, animalis morbos conditio tempore venditionis, & multis retro diebus pluribus testibus commendabatur, dolusque venditoris apparebat: ex quibus emptor premium solutum condicebat, & quod vel venditor bovem superstitem acciperet, vel aestimaretur, quanto minoris valeret: contra venditorem sententia judicis prolata fuit, à qua erat appellatum. Et quia materia hæc, de qua agit Ordin. lib. 4. tit. 17. est difficilis in foro frequens, in qua sèpissime hæsitamus, operæ premium me facturum existimavi, si ea, quæ quotidiani usus exercitatione, & continua vigilijs didici, hic in ordinem digesta exhiberem.

1. Et imprimis, ut ea, quæ antiquitas coluit, perstringamus: Ædiles olim duo extitere, qui annonæ præerant, ut ex gravissimorum Authorum fide probat Cattelianus Costa in suis memorabil. verbo annona, de quo est bonus text. in l. 2. §. deinde Cornelius ff. de orig. jur. Ubi Pomponius testatur ædiles duos, Authore Julio Cæfare, institutos fuisse, qui frumento præsident, quos

à Cerere Cereales appellarunt: quo nomine omisso, à re, cui præerant, novum suscepérunt, & ædiles appellati sunt, sed de rebus cōestibilibus, & edendi agebant, ut placuit gloss. in l. 1. ff. de ædilit. edict. Cæpola in Rubr. ejusd. tit. n. 6. Horum officium in his Regnis extare constat ex Ordin. lib. 2. tit. 68. Idq; verius videtur, quanvis Festus Pompeius à Cepola d. n. 6. relatus contendat, ædiles illos fuisse, qui sacrarum, tum & privatarū ædium curam gerebant, & ideo ædiles appellari, quia facilem ad illos populus habebat aditum, quod probari videtur in d. l. 2. §. ijsdem temporibus, ibi: Itemque, ut essent, qui ædibus præesse, duos constituerunt ex plebe, qui etiam ædiles appellati sunt. Sed considerandum est hos ædiles solum ædibus præesse plebis, & ex plebe dictos fuisse: quorum officium ab his, de quibus noster est sermo, differre dubium non est. Ac proinde rectius est, ædiles dictos ex eo, quia edendorum curam gerebant. Etsi bene advertimus, horū officium nihil cōmune habet cum edicto de redhibitoria, cum annonæ non conveniat de mancipiorum redhibitione, vel jumentorum agere.

2. Quocirca rectius videtur considerasse Cepolam d. n. 6. hoc edictū fuisse latum à quibusdam ædilibus ex numero Patriciorū electis, qui & Senatores erāt, & juris statuendi potestatē habebant ex Fortun. in l. juris gentiū §. prætor ait n. 9. ff. de paet. quorū meminit Pomponius in l. 2. ff. de orig. jur. §. tunc ut aliquid, ibi: Placuit duos ex numero patru cōstitui, & ita facti sunt Ædiles Curules: de quibus nostra est quæstio, patet ex l. 1. ff. de ædilit. edict. Ubi Ulpian, ex Labeonis sententia

tentia hoc edictum Ædibus Curulis tribuit: probavit Iustinianus in §. proponebant Instit. de jur. natural. ibi: *Proponebant ædiles Curules edictum de quibusdam causis, quod edictum juris honorarijs portio est: & hoc est, quod ibi voluit gloss. verbo honorarij, quatenus dixit, hos ædiles ex prætorum numero esse: qua ratione prætorum esse hoc edictum omnes concedunt.* Ex quo videtur non bene advertisse Costam ubi supra, quatenus hoc edictum tribuit illis ædibus, qui annonæ præerant: an autem Curules, vel Currules à curru, quo vechebantur, dici debeant? Videnda est gloss. in l. 1. 3. & 4. de via publ. Otoman. lib. de Magistrat. Romanor. in princip. ubi plura Budeus in Pandectas fol. 34. licet duplici legendos dicat Costa verbo annona, Cæpola in d.l. 1. n. 7.

3 Hoc prætorum edictum in duo capita scindendum est, alterum ad mancipiorum venditionem concernit, alterum jumentorum: de primo est text. in l. 1. ff. de ædilit. edict. de secundo l. ædiles aiunt 38. eod. tit. Omissio tertio ejusdem edicti capite, quo prohibitum est ne quis animal habeat in via, aut loco alio, in quo nocere possit, de quo est text. in l. enim 40. cum lege seq. ff. ædil. edict. Prætores itaque ædiles fraudibus obviare volentes, ne emptores à venditoribus deciperentur in alienatione mancipiorum, aut jumentorum, generaliter statuerunt, ut venditor vitia prædicaret palam: & recte taliter, quod emptori omnino innotescant, alias judicium se daturos polliciti sunt, redhibitionem intra certum tempus concedentes, aut quanto minoris, rursus & ad interesse, si de dolo convinci venditor posset: patet ex d.l. 1. ibi: *Aiunt ædiles: qui mancipia vendunt, certiores faciant emptores, quod morbi, uitij-ve ex palâ, & recte pronuntiato, &c. & paulo infra ibi: Causa hujus edicti proponendi est, ut occurratur fallacijs vendentium, & emptoribus succurratur.* Ex quo vers. plane colligitur hoc edictum favorable esse, & in favorem emptorum iunctum, quamvis gloss. verbo judiciū,

in d. l. 1. incaute crediderit, in venditorum favorem fuisse propositum, quam ibi Cæpola cum judicio carpit n. 20. in §. 1. d.l. 1.

4 Infertur plane hujusmodi edictum tanquam favorable esse extendum, ut generaliter comprehendat cujuscunque rei alienationem, quamvis specialiter de solis mancipijs, & jumentis locuti fuerint ædiles: nam ratio editi cum sit generalis, ne emptores trahentur, ad omnes res venditas trahi debet, argum. notatorum in l. regula §. fin. ff. de juris, & fact. ignorant. l. 2. ff. de rerū permut. ubi Iaf. sub d.l. 1. n. 5. Angel. in §. duplum de action. vers. sed primo ad fin. Gomes de emption. n. 48. Ex quo defendi potest redhibitoriam pro fundo vitioso, tigno, vel alia quavis re inanima- ta concessam prætoriam esse, siquidem virtute cuiusdam interpretationis ex méte Prætoris consulti eam concesserunt generaliter pro omni re tam mobili, quā immobili: ac proinde cum ratione de- fendi potest omnem redhibitoriam præ- toriam esse, & nullam civilem: quam opinionem veram credit Cynus in l. 2. C. ædil. edict. & verissimam Donel. fol. 304. Bertrand. conf. 30. n. 7. lib. 3.

5 Contrariam tamen sententiam tenuit gloss. in l. Julianus in princ. ff. de action. empt. per text. ibi, quem late de- fendit Bart. & Cæpol. in d. rubr. de ædil. edict. num. 14. & sequuntur Bald. in l. 2. C. de rescind. vendit. & in d.l. 2. C. de ædil. edict. Salic. ibidem ad fin. Crispus in arbore actionum n. 16. qui firmat cō- munem cū Paris. cōf. 78. vol. 3. & videtur esse expressum in l. Julianus ff. de action. empt. in princ. Ubi pro tigno vitioso scribitur emptori actionē ex empto cō- petere, quāto minoris empturus fuerat, quā quidem actio ex empto civilis est, & perpetua, quemadmodū cæteræ, quā civiles sunt, princ. Instit. de perpet. & temporal. & comprobatur, quia Prætor tantū de mancipijs, & jumentis loquitur.

6 Deinde ex effectu actionis (in- quiunt Scribentes) colligitur diversas dari, & cūnino differentes actiones,

quanto minoris, ex quo fatendum est aliam esse civilem, aliam prætoriam: probatur ex d. l. Julianus, ubi ex empto actio conceditur quanto minoris, si agens esset empturus, habito respectu ad particulare pretium, metiendum ex persona ementis, qui forsan propter vici- nitatem, vel quamvis aliam affectione parum minoris esset empturus; quod in prætoria actione quanto minoris non observatur, in qua commune pretium, non particulare considerandum est, ut in d. l. i. in princ. ad id, quanto minoris res est, agendum conceditur: ex quo constat inter se hujusmodi actiones differre, ac proinde concedendum est alteram esse civilem, alteram prætoriam, quam differentiam secutus communem probat Cæpola in d. rubr. n. 15.

7 Cujus tamen contrarium mihi probat l. 2. C. de ædilit. edict. Ubi proposita quæstione elapso jam anno, Imperator respondit, se non videre, qua actione possit emptor agere, siquidem intra sex menses debuit redhibitoria moveri, infra annum vero quanto minoris; ex quo ostēdit elapso anno etiam civili actione emptorem carere, alias enim Imperator, qui jura in pectore habet, optime agnovisset elapso anno actione civili posse emptorem jus suum persequi: & sic respondisset jure prætorio sibi consuli non posse, fecus civili. Cum igitur Imperator generaliter respondisset, se ignorare, qua actione experiri posset, consequens est, nec civilem illi competere, quæ inductio excludit Bartoli, & aliorum interpretationem, qui intelligunt in d. l. 2. Imperatorem solum negasse elapso anno prætoriam actionem ab ædilibus concessam, quo ex titulo, in quo illa lex collocata est, suadetur, sed non satisfacit, quia Imperator ea lege generaliter actionem negat, intelligens sine dubio lapsu anni spatio emptori succurri non posse.

8 Nec oblitat text. in d. l. Julianus, quod Bartolus, & communis movetur, nam quod ibi dicitur ementi tignum vi- tiosum concedendam quanto minoris

actionem ex empto, intelligendum est, dummodo tempore à lege præfinito à Prætore agatur: nam quod in manci- pijs, & jumentis statuitur, statuendum est in alijs rebus, in quibus eadem actio conceditur ex interpretatione edicti, quod exempli gratia de mancipijs, & ju- mentis locutum est.

9 Iuxta quem sensum debet ex- plicari text. in l. ex empto §. 1. ff. de a- ction. empt. ubi redhibitoriam ex empto concedendam scribitur, quam perpe- tuam, & civilem Doctores firmant: sed ita id accipendum est, ut terminū sex mense à Prætore taxatum non ex- cedamus, ut eleganter probat Donel: fol. 290. cum seq. Cujus interpretabilis vera suadetur, si consideremus illam le- gem Ulpiani esse, qui d. l. 1. condidit. Unde refolvitur in §. 1. d. l. ex empto probari redhibitoriam actionem ex emp- to concedi, quemadmodum & quanto minoris concedi d. l. Julianus: probatur ita tamen, ut infra sex menses incipiat: juxta quem sensum textus ille de plano procedit absque ulla violatione literæ, quam ibi gloss. contēdit, & DD. sequuntur exponentes verbum redhibitionem pro resolutione. Quod incongruum omnino est viso §. si quis virginem ejusdem legis, in quo redhibitionem pro actione po- nit ædilitia idem Ulpianus, in eo casu il- lam negans, & resolutoriam ex empto concedens: quoniam qui mulierem emit, eam virginē credens, morbosam nō emit, ideoque redhibitoria cessat, sed ex emp- to resolutoria agere debet. At si infirmam emeret, credens sanam esse, utique red- hibitoria concederetur, infra sex menses intentanda juxta prætorium edictum.

10 Alias enim nisi hoc in illo text. in d. §. 1. intelligatur, inepte in eod. §. subsequeretur in jumentorum a- lienatione oportere venditorem pro- mittere, quod sana sint, edere, & bi- bere apta, nam si eo §. redhibitoria negaretur, frustra de jumentorum sanitate esset actum, frustra rursus §. seq. de servo fugitivo noxio, aut furtis adstricto ageretur: quod si di- xeris

xerit his casibus concurrere civilem , & prætoriam actionem , utique ineptum videtur , quoniam per hæc redditur editum prætorium ad sex menses restitutum derisorium , quia actio ex empto perpetua est. Nec juri hæc interpretatio convenit , quoniam prætorium jus æquitate suadente in favorem juris cōmunis , non contra illud fuit statutum , l. scioff. de testibus. Quocirca cum redhibitoria ex Iure Civili fuerit perpetua , non potuit prætor semestrem reddere , atque ideo fatendum est ea lege ex empto , sed infra sex menses quemadmodum , & quanto minoris .

11 Deinde contra communem urget , quod nulla datur actio civilis , quanto minoris , ex text. in l. Julianus §. si Titius. Ubi negatur quanto minoris actio ex empto ei , qui fundum emerat 90. jugerum , cum 100. habere crediderit : quod nullatenus esset respondendum , si communis vera esset ; nam eo casu quanto minoris esset empturus , civilis actio esset concedenda , quod ille §. negat : ac proinde contra Bartolum resolvendum videtur ex empto quanto minoris civilem actionem non dari. Hujus textus meminit Bartolus , & reliqui , qui illum sequuntur , & nihil respondent , excepto Cæpola in d. rubr. num. 15. qui eleganter cōmunem defendens inquit , procedere in eo , cui per alluvionem illa decem jugera jam accreverant , & quia jam habet omnia 100. jugera , quæ credebat emere , sibi de- negatur quanto minoris esset empturus actio ; cestat enim ejus intentio ex alluvione superveniente : & propterea ibi negatur civilis actio ex empto , quæ solum respicit pretium , quo esset empturus , non quanti ea res est juxta communem .

12 Sed non quiescit animus , quia si advertimus habere emptorem per alluvionem 100. jugera , nō excludit actionem illam quanto minoris esset empturus , constat enim quæsita per alluvionem ad emptorem pertinere post emptionem , §. sed si post Instit. de emptione .

Quocirca incrementum illud decem jugerum post emptionem superveniens , actionem quanto minoris ex empto impedire non debet , nisi sentiamus incrementum prodesse venditori contra notata in d. §. sed si post . Nec pro Cæpol. intellectu facit , quod in eo tex- tu venditio facta fuit ad mensuram , at- que ideo alluvionis incrementum ad venditorem pertinuit ad similitudinem venditionis conditionalis : & ideo ibi negatur emptori actio civilis , quanto minoris , quia per alluvionem ei fuit sa- tisfactum , quia juxta hunc sensum , quæ probat Covarr. in pract. cap. 3. n. 9. vers. 4. non erat necessaria scientiæ , & igno- rantiæ distinctio , quam consultus fa- cit in venditione ; namque facta ad mensuram nulla præstari potuit fraus , & nulla fieri captio , nec ad rem facit , sci- verit , vel ignoraverit fundi mensuram , siquidem mensurari debuit , & respectu cujusque mensuræ pretium solvi . Quo- circa verius videtur , illum textum intel- ligendum de alienatione facta ad corpus , prout contra Bart. sentiūt plurimi , quos citat Pinel. in l. 2. C. de rescind. fol. 138. 3. part. num. 10. Et sic ibi est casus diffi- cilis , quatenus distinguit inter vendito- rem scientem , & ignorantem , contra scientem enim fundi mensuram actionem ex empto concedit , quamvis per allu- vionē 10. jugera , quæ deerat , accreverint , quoniam delus , in quo à principio fuit versatus , ex alluvione non purgatur ; quādo autem fuit ignorans ex alluvione , ex- cusatur , quasi emptori nulla sit facta fraus , cum omnia jugera converta tra- dantur , argum. l. fin. li ea ff. ad l. Rho- diam , ubi casus superveniens excusat à culpa , prosequitur Covarr. d. cap. 3. n. 9. Pinel. d. num. 10. Nec obstat d. §. sed si , quatenus probat argumentum alluvio- nis etiam ante traditionem ad empto- rem pertinere , quemadmodum & decre- mentum ; quia procedit ex rigore juris . At vero d. §. Titius ex æquitate , dum vendor de suo fundo plus sperabat , quam in eo erat , & sic continere 100. jugera , fuit testatus : quo casu alluvio-

ne superveniente , licet de rigore juris incrementum ad emptorem spectet , æquitas , & ratio naturalis suadet , ut ex empto actio denegetur , Tiraq. de retract. ad fin. tit. 1. num. 95. Corneus cōs. 191. volum. 3. ubi dicit communem. Ex quibus manet inconclusa supraposita resolutio , quod civilis quanto minoris actio non est.

Quæ sint causæ hujus editi?

13 Quatuor sunt causæ hujus editi. Prima est, si quid morbi, vitij-ve sit in re vendita , quod venditor palam , & rectè non pronuntiaverit , l. 1. l. ædiles ff. de ædilit. edit. quæ causa generalis est , & comprehendit fundum venditum pestiferas herbas producentem gloss. 3. in d. l. 1. verbo rescindere cap. 1. in fin. 29. quæst. 1. Rubeus in §. morte ff. de novi oper. num. 268. Thom. 2.2. quæst. 77. art. 3. Ordin. d. tit. 17. §. fin. prout in libro vitorio, de quo Gomes de empt. num. 48. Valasc. de jure emphyt. quæst. 6. num. 18. Fulgos. in d. l. 1. licet contradicat Bart. in d. l. Iulianus , dum sentit hoc edictum solum ad vitia mancipiorum , & jumentorum pertinere.

14 Hoc igitur edictum ad corporis, non animi vitia pertinet , excepto servo fugitivo , in quo speciale dicit Cæpolia in l. 1. C. de ædilit. edit. num. 15. gloss. verbo fugitivus, ibi : *Ex ea ratione, quia fugitivus inutilis domino redditur, non minus quam morbo detentus, aut vitiosus.* Prout etiam dicendum est de servo noxali, d.l. 1. §. item , & in titulo Instit. de noxal. action. l. cum autem §. malus ff. ædilit. edit. quia illi magis expedit carere. Ultra has causas alias addit Ulpianus , propter quas redhiberi mancipia possunt , veluti de eo , qui manumitti non potest, l. si quis fugitivus §. pen. ff. illo titulo. Sed his casibus quia ex interpretatione proceditur, ut utilis , non directa erit ædilitia actio.

Secunda editi causa.

15 Secunda editi causa pertinet ad eum, qui aliquid adesse, vel abesse firmavit in servo , vel animali , propter quod emptor facilius emisset , unde licet editum non respiciat animi vitia , si tamen venditor illud abesse dixerit , tunc quod ex prima causa negatur , ex hac secunda falso dicti conceditur: unde si servum furem non esse dixit, si artificem esse, idque falsum sit, prætor judicium dabit, d.l. si quis sit §. fin. Cæpol. in d. l. 1. num. 17. l. si quid vedor eod. tit. non tamen edito continentur , quæ commendandi servi causa expressæ sint , l. sciendum ff. eod. dummodo tamen in genere fiat, nam sit, eamq; adesse , vel abesse dictum sit , edito locus erit: sicque accipi debent, d.l. sciendum , & l. si quod venditor illo titulo , quæ pugnare videntur.

Tertia causa editi.

16 Quando inter partes ita conventum sit , ut nisi placeret, redhibetur , l. si quod nolit 31. §. si quod ita ff. ædilit. edit. ex pacto enim resolvi possit venditio, l. sed & Cœsus §. si fundus ff. de contrah. empt. l. exemplo eod. & hæc pars editi non ad simplex pactum displicentiæ pertinet , sed ad illam speciem, qua venditor rem in specie commendavit , aliquid illi inesse assérens , aut abesse adjecto pacto , quod nisi ita reperiretur , sibique exacte placeret , redhibere licet , hoc namque casu utilles 60. dies ad redhibendum prætor concessit enumerandos à tempore scientiæ vitij, quod actioni civili ex empto non convenit , & hoc est , quod ille textus voluit; arbitratus enim fuit Prætor incivile esse, quod perpetuo redhibere liceret, quando nullum fuit redhibitioni tempus taxatum , docuit Bald. in l. in clementis opposit. 1. & ibi Salicet. C. de

C. de contrah.empt. dum probat in illo textu non conferri in arbitrium ementis contractus substantiale, sed qualitatem dumtaxat, sequitur illos referens Ias. in l. si quis arbitratu ff. de verbis post num. 24. & Socin. ibi num. 33. quavis Bart. in d. l. si quis arbitratu intellexerit in d. §. si quid ita, contractus substantiale in ementis arbitrium, & voluntatem committi: ac proinde illum textum adducit ad quæstionem, de qua ibi, teneri emptorem, in cuius arbitrium commissum fuit contractus substantiale, infra 60. dies arbitrari. Quam decisionem Doctores dubiam reddunt, eo errore, quo Bartolus, ducti, non considerantes, inique illum textum à Bartolo citatum ad decisionem illius quæstionis, qui nihil omnino facit: quoniam ibi substantiale contractus in ementis voluntatem non fuit commissum, sed qualitas: quocirca merito Socinus eo loco admittatur de tali doctrina. Quare verius est contra Bartolum emptorem, in cuius arbitrium aliquid commisum est, teneri arbitrari, quamprimum potuerit, per text. in l. hæc venditio in princ. ff. de contrah. emption. cū Bald. Angel. & Roman. quorum meminit Ias. in d. l. si quis n. 34. & Socin. 32. quidquid cum Bart. tenuerit Paulus Cuman. & Alex. per d. §. si quid ita.

17 Ex illo tamen textu singulatiter notandum est, terminum sex mensium, quo redhibitoria taxatur, ex partium cōventione posse prorogari, quemadmodum ibi illorum 60. dierum terminus prorogatur, ut ibi admonuit Cæpola num. 29. & d.l. sciendum §. fin. num. 1. & l. cum sex eod. tit.

Unum tamen notandum est, quod intra hos 60. dies debet emptor agere contra venditorem, nec sufficiet, quod voluntatem suam manifestaverit, ut ex eodem §. colligitur, ibi: *Accommodabitur emptori ad redhibendum: non enim dixit ad declarandum displicentiam;* & ibi: *Non fuit præsens, cui redhiberetur: non enim dixit, cui declararetur.* Unde non bene videtur Cæpola ibi n. 11. sen-

tire, dum ait illum terminum 60. dierū esse instantiæ præfinitum, cum verius sit fuisse, ut instantia incipiat; quia textus admittit partium prorogationem, quæ non potest admitti respectu instantiæ, ex l. properandum §. 1. C. de judic. Ordin. lib. 4. tit. 17. in princip. ibi: *Com tanto que o cite: nisi dicamus finito tempore à lege diffinito non competere redhibitoriam, sed competere actionem ex contractu: & sic procedit l. quod si nolit §. si quid ff. ædilit. edict.*

Quarta editi causa.

18 Quarta editi causa est, quæ à cautione pendet, si cavere venditor nolit, l. si venditor 28. ff. ædilit. edit. tenentur namque cavere venditores, mācipia morbosa non esse, quod si possunt redhiberi: & hæ sunt stipulationes prætoriæ, de quibus fit mentio in §. prætor ait Instit. de divis. stipul. & l. si ita quis ff. de eviction.

Quæ actiones competant ad agendum his casibus.

19 Actio, vel est redhibitoria, quæ minoris, vel ad id, quod interest, nam cæteræ actiones ab his dependent: redhibitoria vel est directa, vel utilis, & intra sex menses agi oportet, l. 2. C. de ædilit. edit. l. ædiles autem, l. sciendum §. fin. ff. eod. l. cum sex eod. directa est, quæ pro morbis, aut mancipiorum vitijs, & jumentorum agitur; utilis autem, quæ pro alijs conceditur rebus vitijs ex interpretatione Iurisconsultorum, qui sex menses sunt utiles à tempore scientiæ, Bald. in d. l. 2. Gomes de empt. num. 48. Menoch. lib. 1. sent. quæst. 32. num. 12. nisi per viam exceptionis agatur, quoniam temporalia ad agendum sunt, ad excipiendum perpetua, l. 2. C. annali exception. Paris. conf. 7. vol. 3. vel nisi ex partium consensu terminus pro-

rogatus sit; redhibitoria vero civilis exempta, perpetua est, ex Bart. in d. l. Iulianus: quod nos supra falsum esse ostendimus.

20 Quanto minoris vero actio praetoria tam directa, quam utilis à redhibitoria in duobus differt: illa enim folium agitur quanto minoris res esset emenda re ipsa apud emptorem matura, & infra annum; hac vero res redhibetur, & emptori restituitur infra sex menses; de hac superius dictum, de illa scilicet quanto minoris est text. in l. 2. C. de ædilit. edict. & l. ædiles aiunt ff. eod. & utrobique Doctores, ex quibus resolvitur, quod sicut in illa annus utilis est, sic sex menses in redhibitoria quanti minoris, Gomes ubi supra n. 48. quod tempus dicit utile tam in principio, quam in cursu, Petrus Jacobin. in sua praxi fol. 97. Ergo quanti res esset emenda estimari debet, & ideo hoc judicium dicitur estimatorium, l. 18. l. 43. §. aliquando ff. ædilit. edict.

Advertendum tamen est, quod semel egisse quanto minoris emptori non nocet, si de novo velit propter aliud vitium eandem actionem intentare, dummodo etiam intra annum utilem intentet, nam pro quolibet vitio actio ista competit, d.l. quod si nolit, §. si quis egerit, l. quia dicitur ff. de evictione.

21 Insuper hanc quanto minoris actionem latius patere, quam redhibitoriam, ut in l. ob quæ vitia ff. ædilit. edict. l. 1. §. fin. in fin. eod. Ubi probatur, quanto minoris actionem competere pro vitijs animi, licet redhibitoria sit neganda, dummodo isthæc vitia levia, aut minima non sint: unde si servus aliquo morbo, vel vitio affectus vendatur, sine dubio quanto minoris ex emplo emptor agere poterit, l. 4. eod. tit.

22 Deinde notandum est, quod in hac actione quanti minoris venit interesse propter dolum, quando sciens vitium rei non explicuit, quod interesse intelligitur extra rem, explicat Alciat. de eo quod interest cap. 9. num. 19. Costallius in l. tenetur ff. de actionem.

pt. Gilotus lib. 1. quæst. cap. 1. 13. Mayr lib. 3. de action. cap. 9. Quod procedit, vel affirmaverit vitium illud abesse, vel sciens reticuerit, l. quæritur 14. §. fin. ff. de ædilit. edict. l. in venditione 43 ff. de action. empt. vel etiamsi verbis generalibus venditor utatur, protestans rem venditam esse vitiosam, communis in §. idem Iulianus in d. l. Iulianus l. quæro eod. tit. l. qui libertatis 63. §. sed etsi quis ff. de evictione. Costallius in l. Titius in fin. ff. de action. empt. Cæpola in rubr. & in l. quæritur §. fin. ff. de ædilit. edict. quod etiam procedit, vel vitia sint corporis, vel animi, d. l. Iulianus vers. & qui furem, l. 4. in princip. ver. exempto l. 1. vers. quid ergo est ff. ædilit. edict.

23 An autem idem sit in eo, qui ignorans rei venditæ vitium eam vendidit, dubitari potest, ex d. l. Iulianus in princip. quæ negat ad interesse extra rem actionem, ibi: *Id tantum ex empto actione præstatum, quanto minoris esset empturus.* Obstat tamen text. in l. sed & addes 21. §. 1. ff. locati. Ubi locator dolorum etiam ignorans tenetur ad interesse extra rem: quod etiam in venditione procedere probat text. in l. tenetur 6. §. sed si val. ff. de action. empt. Bart. in d. l. Iulianus num. 5. Fulgo. 7. Intellectus illius textus est speciale esse in valis, & dolis, ut in his etiam ignorans teneatur ad interesse extra rem: varias specialitatis rationes assignat Maynus, & Guibertus ubi supra Caball. de eo quod interest num. 49. Conon. lib. 7. cap. 11. num. 17. Quibus addendum duco, quod cum dolia habeant certum, & determinatum usum, ad quem conducuntur, eumque periculi plenum, & pro locatione pecunia detur, utique locans talia vitia non presumitur ignorare, & ratione mercedis receptæ in plus tenetur, argum. text. in l. 1. vers. non est hoc ff. de ædilit. edict. Quod etiam in emptore habet locum, quia venditor non scit vitia rei, & dolo presumitur occultare, nec eos ignorantia excusat, etiam si probaretur, quia debuit

debuit præcedere scientia, an vasa apta sint; non enim solet excusare ignorantia in his, quæ quis debet facere certus de re ipsa, Ordin. lib. 5. tit. 19. §. 1. Atque ideo merito ad interesse extrinsecum tenetur juxta regul. text. in vers. quid tamen si ignoverit ff. de action. empt. idemque dicendum est, ad d. §. sed si vas, ibi: Ita ut affirmaret. Ex quibus exploditur Alciat. in d.l. unica cap. 9. num. 19. 28. 36. dum habet textum illum procedere in vitijs, quæ faciunt rē omnium inutilem, quia in his tenetur venditor ad interesse extra rem etiam ignorans, quem sequitur Costallius in d.l. Titius in fin. Guibert. lib. quæstion. cap. 13. num. 11. contra quos insurgit Mayn. d. cap. 9. & ultra ab eo adducta confutari potest ille intellectus, quia vitium servi fugitivi rem omnino reddit inutilem, & tamen non tenetur venditor ad interesse extra rem, sed solum quanto minoris, ut in d. l. Julianus in vers. differentiæ, l. bovem 43. §. aliqui ff. de ædil. edict.

24 Unde fit, quod talis venditor rei vitiosæ per ignorantiam solum tenetur quanti minoris, communis ex Alciat. ubi supra l. 1. §. causa ff. ædil. edict. l. quæro 40. ff. de action. empt. Dueñ. reg. 204. Obstat tamen d. l. Julianus §. item qui furem: ubi venditor ignorans non tenetur, si servus venditus erat fur: communis solutio est speciale esse in servo fure, ut in eo venditor ignorans non teneatur, ex eo quia emptor scire debet omnes servos fures: plane in jure æquiparantur hæc duo, scire, vel scire debere, ut apud nos sepe disponit Regia Ordin. lib. 3. tit. 21. §. 5. & §. 6. in fin. & tit. 86. §. 16. & tit. 68. in princ. & tit. 91. in princip. & lib. 4. tit. 10. §. 9. & tit. 48. §. 5. & lib. 5. tit. 41. in fin. Et sic cessat recursus, l. si minor ff. de action. empt. ubi gloss. recepta ex Ias. in §. actionum n. 137. Fabian. de Monte de emption. q. 6. n. 65.

25 Unde notandum est, quod licet pro vitijs corporis rei venditæ varijs modis succurratur emptori læso, ut

de Iure Civili venditor teneatur ad interesse extra rem; ignorans vero quanto minoris, d. l. si minor, item & alijs modis, ut explicat d.l. ex empto §. redhibitionem: item & jure ædilitio per redhibitoriam, vel æstimatoriam actionem, sive venditor sit sciens, sive ignorans, l. i. §. causa, & per tot. ff. de ædil. edict. Ordin. tit. 17. Gom. d. cap. 2 n. 48. Valasc. q. 6. n. 18.

26 Tamen, si servus laborat vitijs animi tantum, pro his nullo modo succurritur emptori læso, d. l. 1. & fin. ff. ædil. edict. & in l. 4. eod. Cæpol. in d. l. 1. vers. ædiles num. 14. Valasc. d. num. 18. Et ultra hoc jus ædilitium, idem de jure Civili est; quia licet pro animi vitijs vendens teneatur propter dolum, ignorans tamen nullo modo tenetur, d. l. Julianus; quia cum vitia animi sint infinita, si pro his daretur actio, essent infinitæ lites: quod tamen fallit in servo fugitivo, & errone, l. qui sit fugitivus, juncto §. erro ff. ædil. edict. quia licet sint vitia animi, pro his tamen venditor licet ignorans tenetur, ut in d. l. 1. & 4. vers. ideoque nominatim, l. emptor. 14. ff. action. empt. Ratio specialitatis est, quia cum hæc vitia sint, ut propterea servum emptum habere non liceat, merito quasi evictionis nomine venditor tenetur.

27 Ex quibus patet intellectus ad d. l. Julianus, ubi in tribus versiculis hæc materia absolvitur, dum in primo agit de vitijs corporis, ut patet in exemplis tigni vitiosi, & pecudis morbos, in quibus ponit conclusionem generalem, quod venditor sciens tenetur ad interesse; ignorans vero quanto minoris.

Deinde in vers. item qui furem agit de vitijs animi, ut patet in exemplis servi furis, & fugitivi, in quibus ponit duas conclusiones, altera est, quod venditor etiam in his tenetur ad omne interesse, si sciat, id enim generale est propter dolum, d. l. 1. vers. quid ergo.

Tandem in vers. si vero ignorans circa eadem animi vitia proponit alteram conclusionem, scilicet quod venditor

ditor ignorans in servo fure non tene-
tur, in fugitivo tenetur, quanto mino-
ris. Ratio est: quia cum vitium servi fu-
ris, sit vitium animi, ex eo non tenetur
venditor ignorans juxta princ. de quo
supra: tenetur tamen in fugitivo, quia
quanvis illud vitium sit animi, sicut ta-
men specialiter exceptum in edicto,
quia servum habere non licet, vel me-
lius, quod in vitio furis potest cadere
ignorantia respectu domini; potuit
enim fur non furari apud illum domi-
num, & sic ejus mala mens esse occulta;
at vero in fugitivo aliter se res habet,
quia esse fugitivum pendet à consue-
tudine fugiendi, & errandi extra domū,
& illud vitium necessario debuit esse
patens domino: unde ignorantia eo ca-
su præsumitur affectata, & suppositive
lex præsumit scientiam venditoris, &
ideo tenetur.

De actione in factum.

28 Datur actio in factum, quo-
ties cessante Prætoris edicto emptor pre-
mium repetit, qui extrajudicialiter rem
venditori tradidit, eam redhibens, & re-
soluta sic ex conventione, & venditione,
quia cessat edictum, ad premium datur
actio in factum l. quod si nolit §. in fa-
ctum ff. de ædilit. edict. quod idem ha-
bebit locum, si lite jam pendente par-
tes ante sententiam de redhibenda re
convenerunt, Cæpola in d. §. in factum
num. 7. Sed intra quot dies hæc actio
detur, dubitari potest: & intra 60. dies
durare dixit gloss. in l. ædiles ff. ædilit.
edict. ubi citat text. in d. §. in factum,
cum tamen ibi de hoc nec verbum:
qua ratione Albericus ibi, & Fulgo-
sius glossæ sententiam non probant; &
verius videtur, quod cum hoc casu red-
hibitoria facta fuerit ex partium con-
sensu, manet actio civilis ex empto, l. ex
empto §. is qui vitia ff. act. empt. l. sed &
Celsus §. si fundum ff. de contrah. empt.
& plures sunt casus, in quibus competit
actio in factum: primus, quando extra-

judicialiter fuit facta redhibitio, l. quod
si nolit §. in factum: secundus, quando
venditor non declaravit servi valorem,
in d. l. quod si nolit §. mancipia: tertius,
quando fuit venditio facta cum clausu-
la, nisi displiceret, d. §. si quid ita: quar-
tus, quando venditor noluit cavere, d. l. si
venditor: quintus, quando ornamenta rei
non præstantur: sexus, contra eum, qui
habet usum, vel stuprum, vel dānosum
animal, l. hi enim 48. ff. ædilit. edict. sep-
timus, quando servus novitus pro vetere
non venditur, l. præcipiunt 37. ff. ædil.
edict. Laurentius elegant. lib. 6. cap. 59.
cui, & Budeo ad Pandectas respondet
Zazius in suis intellectib. fol. 105.

In quibus casibus cesset redhibitoria.

29 Primo redhibitioni locus non
est, quando emptor unam rem tantum
ex pluribus simul venditis redhibere
vult: quod intelligi debet, quando res
venditæ simul fuere, & inter se habent
connexitatem, seu conjunctionem, ut
commodè separari nequeant, quemad-
modum si plures servi sint ejusdem at-
tificij; quia licet alter morbos reperi-
tur, vel omnes redhiberi debent, vel
neuter, l. ædiles aiunt §. fin. cum lege
seq. & l. cum ejusdem 34. eod. tit. & eit
communis ex Gomes de empt. num.
49. Decius conf. 241. num. 4. Tiraq. de
retract. §. 23. gloss. 1. num. 1. 2. & 3. Quod
inquit procedere, quando constiterit
non aliter fuisse venditum, vel em-
titum, vel nisi pretio distincto vendi-
tio celebrata fuerit, l. si plura 36. ff. ædil.
edict. quia tot sunt contractus, quot
sunt res l. scire debemus ff. de verbor.
oblig. de quo Peralta in l. 2. ff. de legat.
2. gloss. in l. 71. Tauri, Afflictis de jur.
congrui §. 6. num. 5. fol. 70. in parvis
Valasc. de jur. emphyt. quæst. 27. pott
num. 29. Adhuc tamen redhibitionem
dari pro una re vitiosa dicit Gomes n.
50. pretio taxato judicis arbitrio, ex d.
l. si plura, de quo Molin. lib. 1. maiorat.
cap. 21. n. 28.

30 Secundo cessat in eo, qui scien-
ter